DE MVNDO

ARISTOTELIS LIB. I.
PHILONIS LIB. I.

Gulielmo Budæo interprete.

CLEOMEDIS LIB. II.

Georgio Valla interprete.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ περὶ κόσμου,
πρὸς Ἀλέξανδρον βιβλ. ἕν.

ΦΙΛΩΝΟΣ ἸΟΥΔΑΙΟΥ
περὶ κόσμου βιβλ. ἕν.

AD HAEC

...iſs. in Ariſtotelis lib...

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

[redacted] S E-

VERINO AB HANIA

Phryſio, amico, Salutem.

CVM nuper Ariſtotelis de Mundo libellum aureum, Græcarũ literarum ſtudioſis publicè enarrarem, atq; eius tu amœnitate præcipua quadã captus, hortareris ut ſi cæteras quidẽ diſputationes quas obiter multas attigiſſem, quòd ſuis in locis illis ipſis de rebus paſſim apud authores copioſe ſint explicatæ, referre grauarer, ea ſaltem quæ uel de philoſophiæ dignitate, uel de maieſtate naturæ non ſemel admonuiſſem, fructum nempe ſtudioſis aliquem allatura, ne paterer intercidere, ſed uel in tuam gratiam, uſumq́;, qualitercunq; congeſta ſcriberem, parui non tam hortationi, quàm huic iudicio tuo. Ac quæcunq; huius quidem generis in memoriam reuocare licebat, annotaui inſcripſiq́; tibi, quem unum omniũ cupidiſſimũ rerum illarum auſcultatorem animaduerti. Quanquam ſcio nihil hic eſſe aut uirtutibus tuis ſimile, aut iudicio par. Σύνοψιν Græci uocant, cum fuſa partibus res lateq́; patens, in anguſtum redigitur, ac ſub conſpectum unum omnis datur, quod fit cum ſingulorum tractatione miſſa capita tantum recenſemus, rem in omnib. diſciplinis ſcis quàm neceſſariam. neq; enim ſingula noſſe ſat eſt, niſi quo modo & qua neceſſitate inter ſe cohærent, ac totum illud quo nam pacto efficiunt uidemus, quò in omni diſputatione animus feſtinat, fines rei propoſitæ cõprehendere, ac totam rationibus ſuis circunſcribere uo-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Col.

lens. Sic enim natura fit, ut cum omnia uideris, uidere
cupias uniuerſa, quaſi tum tandem recte ſingula cernan
tur, cum cernitur ſuo quicq; in loco. Præterea ut in ani-
mante reuulſa membra uim nullam habent, ſic in cogita-
tis rebus, extra totius comparationem conſideratæ par-
tes, nihil ſanè magnificum afferunt ad notitiam ſolidio-
rem. Itaque ſunt exempla diſciplinarum omnium multa.
Geographi regiones primũ ſingulas memorabilib. rebus
omnibus, mox uniuerſas præcipuis tantũ inſultis ſub con-
ſpectum dant. Iſtic patriam quiſque ſuam, hic & patriæ
in terra mundoq; ſitum uidet, tum quæ gentes, qua cohæ-
reant, quàm latè & quàm maximè in partem habitetur.
Atque adeò ſine totius conſideratione percipi nihil poteſt,
ut orbis terræ etiam per ſingula deſcriptio, niſi cœli ſitu
coniunctio inutilis fuerit. Ergo totam & terræ & cœli fa
ciem coniunxerunt, ut quod præcipuum in ea re fuit, &
quo feſtinabat animus, cuiusq; in mundo loci ſitus perfe-
ctè teneretur. Ac tum tandem terrarum comparatio in-
ter ſe inita fuit, ubi quem in uniuerſo quæq; haberent lo-
cum conſtitiſſet. Eiuſdem rationis hic libellus eſt, πίναξ
ſcilicet naturæ rerum. Iuuabat arbitror poſtquam rima-
tus omnes naturæ angulos ſcopuloſiore diſputatione fuiſ-
ſet, ac de metallis, plantis, animalibus, elementis & im-
preſſionibus, quas uocant ſublimioribus, cœlo item ter-
ráq; diſſeruiſſet, emenſi laboris itinerisq; ſummam ini-
re, & peregrinationem totam ſub oculos ponere, quo ſuo
iam quicque in loco cerneretur, ac reputatio quædam to
tius animo relinqueretur. ut poſita mundi medio, firma-
táq; pondere ſuo tellus, uelut ſinu genus omne animan-

tum foue-

tum [redacted]ria, & [redacted]bus omnibus infuſus aër mundi ſpiritus, immenſis inter cœlum terraniq; ſpacijs, campum nubibus, uentis, tonitruis, fulminibus, huiusq; generis rebus præbens, agitetur. Vt æther incorruptibili natura mundo corruptibili uelut animus corpori cohærens, non ſolum motu, ſed ui tacita diſcurrentum per ſe globorum & facium animet uegetetq; omnia. Hæc quod ſæpenumero ex me audiuiſti, quanquam ex omniũ liberaliũ artium diſciplinarumq; cognitione conſtat, tamen ſunt ante alias diſciplinæ quædam, quæ peculiariter animum ad mundi contemplationem inducunt, Mathematicæ. miris modis ad illud naturæ ſpectaculũ accommodatæ. Incredibilis res eſt, ex illa ſterilitate qua inter diſcendum præſertim laborant, uſum tam præclarum naſci. Equidem omnis naturæ conſideratio manca eſt & cæca, niſi has excolamus. Mundi uaſtitatem præcipuorum corporum inter ſe comparatione aperiunt, & ſitum in ipſo cuiuſq; docent ſolæ, & illam quam diximus σύνοψιν peculiariter iuuant. Ac quia non eſt cuiuis promptũ ex authoribus iſtas diſputationes decerpere, adiecimus huc de induſtria Cleomedis libellum, quantum huic quidem propoſito ſatis eſt, mira dexteritate diſſerentem. De ipſa uero natura quia duplex in uniuerſum quæſtio eſt, quæ cauſa, quis uſus: ac de priore quidẽ genere tam apud Græcos, quàm apud Latinos ſcriptum eſt copioſe, nil attinet puto ſcripta præſertim tam luculenter, & à tam multis egregijsq;, denuo ſcribere. Extant de omni mutatione aëria Senecæ libri ſeptem diſputatione perfecta. Ariſtotelem uero quid attinet commemorare, cuius de ſingulis

 rebus

rebus ſingulos tractatus, & hos quoque perfectos habemus. Sed enim hæc omnis cauſarum diſputatio, ut prior natura eſt, & eruenda prius, ſic uſum rerũ ſiue quem priuatum hominũ negotijs, ſiue quem publicè afferũt mundo, noſſe haud paulo iucundius eſt. Eius, cum ad ſcribendũ longè fœcundior & uberior ſit, non autem literis æquè exculta, guſtum ſaltem aliquem exhibere uolui ſtudioſis, ut ſi uel ingenium, uel ocium ad has res cuiquam ſuppetat, argumentum longè & amœniſſimum & utiliſſimum proſequatur. alioqui ſanè ridiculum ſit de hac re nos in iſta ut rerum omnium ſic ocij maxime penuria, ſcribere conari. Vale, & philoſophare feliciter.

INDEX IN SEQVENtes libellos copioſiſſimus.

ABraham 35 quomodo deo crediderit 36
ἀκοσμία 26
Admiratio imperitiæ argumentum 153
Adraſtia 32
Aegæum mare 9
Aegyptiorũ inuentum 114
Aegyptium mare 9
Aegyra ſubmerſa 62
Aeoliæ inſulæ 16
Aequabilitas Concordiæ cauſa 19
Aequinoctialis 73.80.81. an ſub eo habitetur 86. 87
Aequinoctium autumnale, uernum 82. 83
Aër 7. globoſus etiã 95. 96. eius corruptio 59. diſpoſitio 175. 176. motus unde 160. natura, & in mundo ſitus 7. 50. 166. peruicatia & accidentia 167
Aëris & ignis mutua refectio 181
Aëris inter calorem & frigus ratio 181. 182
Aether 5. 7. unde dictus 6. 162. globoſus 96
Aethiopia 86. 92
Aethna 16
Aethnæ crateres patefacti 30
Africus uentus, Africauſter 13
αἶσα 32
Albium inſula 10
Alexandria 98. 101. ſub eodem meridiano cum Helleſponto 127
Alexandri in milites imperium 191. 192
Aloidæ 3. 150
America inſula 170
Amphiſcij 88
ἀνάγκη 32. 196. 197. 198
ἀναφύσημα 14
Angeli 38. boni, mali 39
Anima à natura quid differat 40. Dei imago eod.
Animæ domiciliũ 165. materia 41. uis 27
Animæ bonæ, malæ 39

a 4 Animæ

Animæ philoſophorum 38
Animorũ conuentus 37.38
Animalium diuerſitas 31
Animantia 37.39
Animãtiũ amica natura 75
Animantium conditio mortalis 60
Animus immortalis 41. animæ oculus 41. 42. à ψυχῆ quid differat 150. contemplationi rerum natura factus, eod. mũdo maior 150
Animi humani ſagacitas 3. principatus 43
Animum erigi naturæ conſideratione 152
Antarcticus polus ſ. orbis 73. 80
Antipodes 74.75
Antoeci 74. quæ ipſis nobiſcum cõmunia, quæ nõ 75
Antώmi 74
Aphricæ fines 11
Aplantis inſula ſubmerſa 63
ἀπόγειοι ἄνεμοι 13
ἀπόδειξις 150
Apollini ſacer Stilbon 6
Appetitio animi 41
Aquæ corruptio 59. in mundo ſitus 50. motus cum terra 150. ſcaturigines 16. à montibus quo pacto 168
Aquæ calidæ 16
Aquarum uenuſtas & uſus 168
Aquilones 13
Arabia aromatophora 120
Aratus 118. eiuſdem phænomena 80
Arborum & montium natura an eadem 60. 61
Arca in aëre apparens 15
ἄρχαι 149
Arcticus polus ſ. orbis 73.80
Arcus cœleſtis 15
Argeſtes 13
ἀργὴς 15
Argô in Græcia non ſpectari 99
Ariſtoteles oppugnatur 69. eiuſdem de mundi æternitate opinio 45
Arithmetice 161
Ars naturæ æmula 18. nulla ſine artifice 64
Artes ætate cum hominib. an æquales 60.63.64
Artium inuentores 63. interitus 64

Artificis

Artificis cum ſuo opere col latio 187. 188
Artemis 137
Aſiæ fines 10. 11. *imperiū* 23
Aſtronomia 161
Atlanticum mare 8. 9
Atropos 33
Auaritiæ pœna 198. 199
Audienda pars utraq; in cō trouerſijs 63
Auditu uiſus celerior 14
Aura 12. *quis eius uſus ter= ris* 21
Auſter 13
Auſtri hyemales 14
Autumni fructus 31
Axis mundi 5. 161

B

Belli ad mundi admi niſtrationem colla= tio 27
Beroſſus 129
Boëthi de mundi incorru= ptione demōſtrationes 52
Boreæ 13
βράσαι 16
Britannicæ inſulæ 10
Britāniæ longiſſ. dies 89. 90
Bura 17. *ſubmerſa* 61

C

Caecias 13
Caloris et frigoris in mundo uices & ratio 181
Calore & humore naſci o= mnia 182
Cambyſes 23
Canobus ſtella 99
Caput in homine maxime terrenum 48
Carbo 54
Caſpia 10
Καταιγίς 14
Celtæ 10
Cereris ſacra 124
Chaos 45. 46
χαομανία 17
Chorus 26
Chori ad dei gubernationē collatio eod.
Cibi in ſpiritum ac uitam tranſmutatio 164. 165. 191
Circenſe curriculum 37
Clotho 33
Cælum 5. *lucidiſſima uni= uerſi pars* 42. *eiuſdem cle mentia* 184 *motus* 156. 159. 161. 173. 195. *coq; moueri*

a 5 *omnia*

omnia 25. *orbes quinq;* 73
Cœli ſtellati à corruptibili parte ad fixas uſq; ſtellas, ſpacium 159
Cœlum & terrã inter, quantum ſpacium 156.157
Cœleſtia quãto terrenis præſtantiora 29
Cœleſtium globorum cõuerſio 76. harmonia 26
Colliumuſus 168
Columna 195
Concordia ciuilis ex cõtrarijs & diſſimilib. 18
Concordiæ cauſa æquabilitas 19
Concretio 48
Conflagrationũ terræ quis uſus 21
Confuſionis corruptio 53
Congelationum terræ quis uſus 21
Continens quid, & unus ne an plures 170
Continentes 9
Contrarium contrario cohiberi maxime 176
Contraria cõiugatim utraque neceſſaria 55
Contrariorum ratio 18
Contrarijs mũdum ſeruari 164
Corpus 38. ab incorporeo regi oportere 191
Corpus omne finitum 70. in aliquo 67. 68. organum tantum reb. agendis 191
Corporis cum mente commercium 164. quo pacto fiat 165
Corporis moles & ignauia 190.191
Corporis uas, dupliciter dici 69
Corpora triplicia 40
Corruptionis cauſæ duæ, 46. 47. modi tres 53. quatuor 56.57
Corus 13
Corycæum antrum 4
Coryphæus mũdi Deus 26
Κόσμος 19.26
Coſmographia 160
Crapulæ pœna 196.197
Creticum mare 9
Crinitæ ſtellæ 15
Cubus 195
Cupiditas moderanda 180

Darius

Darius 23
Dæmones 38.39
Delos 58
Delphici ſpiritus 16
Democritus 44
Deus in mundo quid 30. Coryphæus mundi 26. cur ὕπατος 22. lex per omnia, & in omnib. 31. 33. 37. pœnitentiæ non obnoxius 51. uitæ & omnis boni cauſa 56. rerum omnium & ſeruator & genitor 21.22.23. 24.27.43.44. unus 34.35
Dei domicilium ac ſedes 22. 24.29.189. eminentia & maieſtas 28.34. cum rege magno collata 24
Dei imago anima 40. nomē nullum 185. multa nomina, quanquam unius 31. à rebus ſummis quædā 196. eadēq; ex Orpheo 185.186
Dei operis maieſtas 159.160. potentiæ nemo præter ipſum ſoluſi capax 157
Deo cur cœlū aſſignatus locus, cum extra locum ſit omnem 189
Deum loco nullo capi 147
Deum operib. ſuis cerni, alias inuiſibilem 28
à Deo regi & adminiſtrari omnia 189.190
Deorum omnia plena 21
Δία cur uocent Deum 31. 32.196
Dialectica 148
Diei decrementum 81. incrementum 82. 83. 88. earundemq; inæqualitatis cauſa 84
Δίκη 33.196.197.198.199
ſub Dio agentes cur uigidiores 154
Diſciplinarum neceſſitas & uſus 158.160
Diſſolutio 48
Diuinitatis æſtimatio 187
Diuinitati quod maxime conſentaneum 24
Diuiſionis corruptio 53
Dolia aëria 15
δρασοπάχνη 12

E

Ecbatanis regis magni ſedes 23.24.191

Ecentricitas ſiderū

4 6 quem

quem uſum habeat 183
Eclyptica 139
ἐκνεφίαι ἄνεμοι 13
Eiaculatio 15
εἱμαρμένη 32
Emi arij 23
Empedoclis de deo ſẽtẽtia (28
ἐγκολπίαι ἄνεμοι 13
ἔννοιαι 149
Elementa quinque, & eorum ſitus 8. iſque optimus 49. 50. mutuaque inter ſe refe=ctio 181. & lex 182. 183. cõ=meatus 69. 173. 174. con=curſus 180. diſcors concor dia 19
Elementorũ contentio, mun di inſtauratio 182
Elementorum ratio bifariã conſideranda 180
ἑωσφόρος 77
Ephimera animalia 8
ἐπιβάναι 76
ἐπικλίνται 16
Epicurus 44. 108. 119. uolu=ptatis aſſertor 121. 122. Therſites 123. 124. 125
Eratoſthenis de terræ ma=gnitudine ſententia 99
Eteſiæ uenti æſtiui 14
Euri, Euronotus 13
Europa 170. eius fines 10.
Exhalationum genera 11
Expirationes 12
ἐξυδρίαι ἄνεμοι 13
Ezechielis locus 192

F

Faces aëriæ 15
Fatum 32. 196. 197
Fauonij 13
Flamma 54. Flatus 12
Flocci 177
Fluctuum uaſtitas 171
Fontium cõſideratio & gra tia 169
Frigoris & caloris in mun=do uices ac ratio 181
Frugalitatem prouidentia quomodo doceat 180
Fulgetra poſt tonitrua fieri
Fulgor 15 (14
Fulgur 177. 179
Fulmen 14. 15. 178. 179

G

Gallicũ mare 9. 10
Geometria 161
Genij 38. boni, mali 39

Glacies 12
Globus 195. eius figura abſolutiſſima 96
Gnomonis ratio ad ſolis globum 104
Grammatica 18
Grando 12. 77. 180
Gulæ pœna 196. 197

H

Habitus 40. 59
Hadria 9
Halice 17. ſubmerſa 62
ἑλικίας 15
Helleſpontus & Alexādria ſub eodem meridiano 127
Heraclitus Scotinus 18. 31
Herculis circulus 6. columnæ 9. 10. 11
Heroës 38
Heſiodus 45
Heteroſcij 87
Hieremiæ locus 192
Hipparchus 119
Hircania 10
Homerus de olympo 29
Homeri Ilias intra nucis teſtulam 189
Homo 39. ad dei imaginem factus 40. cæteris animalibus quo præſtet 41. minor mundus 42. 156. mundi uicib. obnoxius 180. rerum omnium imago 164
Hominis cur recta facies 39. 42
Horizon, finiens 72. 81
Horologiorum gnomones, eorundemq́ ratio 104. 105
Humanitatis ad diuinitatē æſtimandam imbecillitas 187. 188
Hydrologia 114. 117
Hyemis quis uſus terræ 169

I

Ianitores 23
Iapyx uentus 13
Iberi 92. Iberum commentum 123
Ierma inſula 10
Ignis corruptio 59. genus triplex 54. motus 156. natura 61. in mundo ſitus 50. ſcaturigines 16
Ignis & aëris mutua refectio 181
in Ignem an omnia reſoluantur 67. 68

Igni & aqua terrena abſumi maxime 64
Igni terras ad fœcunditatẽ perduci 182. 183
Igneum corpus omne in umbra lucidius 142
Imber 12
Imbrium quis uſus terræ 21
Imperatoris ad deum collatio 27
Impetus 41
Impreſſiones ætheriæ 7. 15
Impreſſionum ratio, & officina 175. 176
Inane 52. 66. 68. 69. 70. an corporis uas 69. an infinitum 70. 71. extra mundũ quid, & quòd ſit 67
Inanis eſſentia 68
In ea quæq; redire, unde oriuntur 49
Inſula uniuerſa terra 8. 9
Inſulæ 170
Inſularum ratio 8. 9. partitio 9. 10
Intellectus animi dux 3
Interitus cauſæ duæ 46. 47
Internitionis quatuor modi 56
Iouis circulus qui & Phaëtõtis 6. curſus 26. motus 77
Iſthmi 10. nõ temere facti 172
Italiæ continens olim Sicilia 62
Iudicis legitimi munus, audire partem utranq; 63
Iunonis orbis 4

L

Labyrinthus 185
Lacheſis 33
Λαίλαψ 14
Lapidum putrefactio 59
Lares 38
Latebras mens, natura cur refugiat 153
Lebadici ſpiritus 16
Leontium 135
Lex ciuilis 30
Lex naturæ 196. 197. 198. 199. 200
Legis uis 192. 193
Liberum arbitrium 41
Libidinis pœna 197
Libonotus uentus 13
Libophœnix eod.
Linguæ officium 194. 195. linguarũ diuerſitas eod.
Lipara 16

Locus ab inani quid diffe-rat 67
Loquelæ humanæ officina mira 193. 194. 195
Lucifer 77
Luciferi curſus 26. dime-tiens 127. orbis 6
Luminis præſtantia in uni-uerſo 41
Luna proxima terræ 129. 134. aëre mixtum corpus habens, eod. unde dicta, 137
Lunæ auctio & diminutio, 135. 136. bini orbes 135. de-fectus 134. 139. 140, 144. di metiens 117. 128. faſtigiũ 119. 120. figuræ & nomi-na 137. globus terræ haud multo minor 157. 158. lu-men unde 130. 131. 132. 137. magnitudo 126. 128. mo-tus 25. 26. 77. 118. 129. ui-res 120. 121. 128
Lunæ ui maria trahi 184
Lunam inter & terrã quan-tum ſpacium 157
Lutum inter terram et aquã medium 173. 174
Luxuries coërcenda 180
Lynceus 109
Lyſimachia 93

M

Maeotis 9. 10
Mare 78. Atlanticum 8. 9. bel-lua 153. interius 9. eius partitio & ſitus, eod. 10. rubrum 10
Maris conſideratio, & uſus 170. 172. receſſus & immi nutio 58. 62. 63
in Mari quæ eueniant 17
Maria lunæ ui trahi 184
Maria mediterranea 170, 171
Marium & terræ cõmiſſio mira 170. 171. globus u-nus 170. in mundi medio 157
Martis circulus 6
Mathematicorum diſcipli. præſtantia & utilitas 158. 160
Medijratio, cum aliquid fit
Mene 137. (173
Menſis 137. cur alius alio lõ gior 138

Mens ætheriæ naturæ pars 39. Dei imago, eod. 40. animæ oculus 41. 42
Mentis cum corpore cõmercium 164. quomodo fiat, 165. in corpore ſedes eod.
Mentis diuinitas & motus, 187. uis 151. 152. 191. 195. à mundi adminiſtratione quid differat 193
Mente fieri naturæ contemplationem, non oculis 151
Mente hominem cæteris animantibus præſtare 41
Mercurij Stilbon 6. eiusq́; motus 26. 77
Mercurium inter & terram quantum ſpacium 158
Meridiani dimetiens 93
Meridiani qui 98
Metallorum uſus 108
Mindyridus 125
Minerua Phidiæ 28
μοῖρα 32. 196
Montes cur imbrib. non abſumantur 61
Montium natura ut arborũ 60
Montium prærupta admiranda 107. eorumq́; uſus 168
Mori quæcunque ſunt nata 48
Mortis animantiũ duæ cauſæ 46
Moſes 34. 39. 46
Motus cœli & ſiderum quomodo contrarius 76. 77
Motus rerum omnium, & qualis 25
Motus rerum naturaliũ triplex 156
Motus natura, calorem ciere 176
Mundus 5. 66. 155. an infinitus, eod. an ingenitus, 48. an igni periturus, 54. 55. corporum omnium abſolutiſſimum, 96. naturæ opus maximum, 152. corruptionis expers 50. 51. 53. 56. corruptibilis, 59. 60. globoſus 72. 91. 96. nihil ex ſe, 188. quomodo è principijs cõtrarijs, 18. 19. temporis parens, 44. totus è totis factus, 48
Mundi adminiſtratio mira, 23. 25.

23. 25. 27. æſtimatio totius 184. 185. amplitudo 157. baſis 36. 37. cardines ſeu uertices 5. quomodo inuenti 161. collatio ad rempub. 30. 31. ad opificē eius 147. cōpages 164. 165. eaq́; perpetua 189. conſtitutio & ſitus partium eius 36. diſpoſitio 5. 189. dimetiens, 93. inclinatio 80. 88. inſtauratio 182

Mundi latera & poſitio ſiue habitudo 71. 72. 176. meatus ſagitta uelocior 115. medium & imū, idem, 72. 165. motus 20. an per inane 69. & qualis cū ſit corpus 71. ortus & interitus, iuxta philoſophos 44. partium diſſolutio 59. præſtantia & ornatus 19. 21. 26. uaſtitas ſimul & celeritas 158. 159. uita 156. uiceſ facieſq; uaria 174. 175. uniuerſitas, inferna 8

Mundum extra an inane 36. 52. 66, 67. 70

Mundū natura adminiſtrari 66. à deo regi ſolo 188. ab eodem uero deſtrui nō poſſe 56. alium fieri non poſſe 57. contrariis ſeruari 164. interitus exortem eſſe 46. 47. 63

Mundo maior animus 156

Muſica 18

Muſica ſyſtemata 155

μυκητίαι 17

Myrtoum mare 9

N

Naſcentia omnia, etiam mori 48

Naſcentia omnia unde producantur 182

Natura contrariorum appetens 18

Natura quibus corporibus attributa 40. quid ab anima differat, eod.

Natura ſua unumquodque afferat 50

Naturæ æmula ars. 18

Naturæ clementia, rigiditas 199

Naturæ cognitionem deberi mathematicis diſcipli. 158. 160

Naturæ contemplatio qua uia adeunda 151. animũ erigit 152. quas uirtutes doceat 153. 154
Naturæ lex 179. 196. 197. 198. 199. 200. maieſtas 180. neceſſitas inexorabilis 197 rerum gradus 164
Naturã contra nitendo nihil profici 197
Naturam partib. carere fide, niſi tota cogitetur 158
Naturarum diuiſio & tractatio 173. ſumma genera tria 156
Nauigandi ratio quomodo inuenta 153. 154
Nebula 11
Neceſſitas 179. idem quod deus 32
Neceſſitas naturæ 50. 197. ſeu rerum naturaliũ 155
Nemeſis 32
ντυροπάσαι 25
Nilus 11. 86
νιφετὸς 12
Nix 12. Noti 13
Nox terræ umbra 104. 140
Noctis ſolſtitialis diuerſitas locis diuerſis 118
Nubes 12. 173. 177. 179. regio earum frigidiſs. 176
Nubiũ motus & figuræ uariæ 178
Nyſſa 4

O

Oceanus 9. 10. 171
Oculi 149
Olympias uentus (13
Olympus 29.
Olympi mõtis altitudo Xenagoræ inuenta 154
Opinio 149
Oppoſitarum alterum non ſine altero 55
Optice 161
Orbis habitatus 11
ὁρμὴ 41
ὀρνιθίαι uenti 14
Orphei hymni 154. eiuſdem de dei & mundi nominib. carmen 185. 186
Oſſa 4
ὦσαι 17

P

Παλματίαι 17
Pamphiliũ mare 9
Paradiſus 41
Paralleli

Paralleli cœli 73
Parcæ tres 33
Parœci 74
Πιπρωμένη 31. 196
Periœci 74. & *quid ipſis no biſcum commune, eodem. quid non* 75
Periſcij 87
Perſæ 92
Perſes, eiusq́ mirũ factũ 113
Peſtis quid 59
Phænomena 115
Phænõtis circulus 6. *motus* 76
Phaëton Iouis ſtella 6. *eius circulus, eod. motus* 77
Phaëtontis incendium 30
Phantaſia 40
Phebol inſula 10
Philanis 125
Philo, libelli de Mundo au thor, quis 1
Philoſophari recte, quorũ proprie hominum ſit 121
Philoſophus naturæ magiſter 153
Philoſophi iudicium quale 150
Philoſophorum animæ 38
Philoſophiæ laus 3. 4. 147. 148. 149. 150. 154. *magnanimitas* 153. 154. *uirtutes, eod. partes* 148
Φωσφόρος 77
Phyſice 148. *ueteribus pro ſapientia habita* 154
Φυσιολογία 62
Pictura 18
Pietatis mirum exemplum 30. *cuius meminit etiã Valerius Max. lib.* 5. *cap.* 4.
Planetæ 6. 76. 162. *eorumq́ motus eod.* 26. 77. 183
Planetarum ab eclyptica diſtantia 145. *nomina & poſituræ* 6. *ſublimitas, humilitas* 138
Plantanima 39
Plato 33. *eiuſdem de mundi æternitate opinio* 45. 47. 51
Pluuia 12. 177. 179
Pluuiarum receptacula nubes 178. 179
Pluuijs terræ ſordes ablui, 169
Pœnitentia 51.
Polus arcticus, antarctic. 5
Poli eleuatio q̃ diuerſa 88

Poli ijdem omnib. 98. immobiles 161. 173. & quæ eius proxima, tardiora, eod.
Politice 148
Pontus 9
Poſidonius 86. 87. 98
Præſter 14. 178
Principes 30. maxime eos decere philoſophica 155
Principia mundi contraria 18
Propontis 10
Prouidentiæ diuinæ legib. ſtandum 180
Prouidentia diuina regi mundum & omnia 188. 189. 199
Pruina 12
Prytaneum 30
φολόεις 15
ψυχὴ 150
Pylarum uſus Græciæ quis 172. 173
Pyramis 195
Pyrois 6. mars, eiusq; motus 26. 77
Pytheus Maſſilienſis philoſophus 90

Q

Qualitatis peremptio 53

R

Refractio 130. 131
Reipub. bene inſtitutæ ad Mundum comparatio 30
Rerũ omnium adminiſtratio qualis 23. 25. 27
Rex magnus 23. 191. 192. ſamulitium eius 24. faſtigium & maieſtas 25
Rhegium urbs 62
ῥῆκται 17
Rhodos 58. 98. 127
Ros 12. 177

S

Sardanapalus 124. 125
Sardoum mare 9
Saturnus, Phænõ 6. eius motus 26. 76
Scaturigines aquæ, ignis, ſpiritus 16
σκηπτὸς 15
Scopulorum præcipitia 167
Scorpij et Tauri ſtellæ perſimiles 104
Scotinus Heraclitus 18
Scriptorum quorundã ſtulta arrogantia 4
Scrobes aëriæ 15

Scythæ

Scythæ 10
Senſus 40.42
Septentrio uentus 13
Serenitas 11.12
Siciliæ olim Italiæ continens 62
Siculum mare 9
Sidera 5. *eorum diuiſio* 6. 76. *& motus* 162. *inq́ res omnes uis* eod. 163. 184
Signifer 6. 84. 77. *eius diuiſio* 78. *partes* 98. 103
Simile ſimili finitimum 164
Sinuum maris uſus quis 172
Solaris circulus 6. 78. *excentrus* 85. *eiusq́ ſegmenta,* eodem
Solaris motus celeritas 158.
Sol naturæ modificator, terræq́ maritus 163 (159 175. *Oceano merſus an ſonitũ edat, iuxta Iberos* 123
Sol quomodo nunc maior, nunc minor appareat 109. *quanto terra maior* 158. 159. *ſublimis tardior, humilis, celerior* 137. 138
Solis ad aſpectum irriguiſſe Socratem 163
Solis curſus duplex 20. *defectus* 105. 106. 126. 128. 132. 133. 134. *dimetiens & motus* 77. 78. 85. 118. 139. *magnitudo* 103. 107. 108. 114. 117. 118. 125. 126. *uires* 119. 120. 184
Solem intueri purum impoſſibile 112
Solem terræ umbra comitatur 104
Solem uſq́ à terra quantum ſpacium 158
Solſtitium æſtiuum, hybernum 83. 100
Sors pro Deo 32
Sphærica diſciplina 161
Spiracula terræ 16
Spiritus 12. *humani corporis* 165. *eiusq́ uis mira* 193. 195
Spiritus ſcaturigines 16
Splendor 54
Stellæ ſingulæ tota terra maiores 103. 127
Stellarũ diuiſio 6. 162. *quæ celeriores* 119
Stilbon 6. *Mercurij ſtella, eiusq́ motus* 77

Stillicidij uis 58
Stoici 44
Στρόβιλος 14
Subſolanus 13
Superſtitio 39
Suſis magni regis ſedes 23. 24
Syene 86.93. ſub cancro 116
Syenitæ 92
Syrium mare 9.
Syrtes duæ 9
Σύστημα 155
Syſtemata Muſica eod.

T

Taprobane 10
Tanais flu. 10
Tauri & Scorpij ſtellæ perſimiles 104
Temporis parens mundus 44
Tẽporis ratio qualis apud Deum eod.
Temporis uices 20
Terminati ratio 70.71
Terra 5.9. aceruo minima, poteſtate maxima 105. centri inſtar ad ſolare faſtigium. 104.105.108.110.111. 112.117.119.128. mũdi media 36.49.72.96.103.104. 105.108.151.160. librata pendet, & quomodo 159. ima etiam mundi 105. qua maxime tẽperata 171.172. una inſula, uniuerſa 8.9. 10
Terræ circulus quis maximus 99.100.101.102
Terræ contenta 16. corruptio 59. craſſitudo 157. dimetiens 102. diameter & orbis diuiſio 8.10. et quantitas 117. ſiuus 5.7.8
Terræ & aquæ motus 156
Terræ & maris globus unus 170. commiſſio mira 171. in mundi medio 157. cum aëre confinium 182
Terræ fertilitas et ſterilitas ſyderib. debetur 163
Terræ figura globoſa 74. 79.91.95.102.126. de'q; ea uariæ philoſophorũ opiniones 91.92.94
Terræ globus ad prox. lunæ circuitũ quantus 160
Terræ latitudo & longitudo 10. inæquabilitas 58. 61. magnis

61. magnitudo 99. & deinceps 102. 103. 125. neque Ariſtotelis, neque Ptolomei temporibus quãta habitaretur, nota 170
Terræ magnitudo ad lunã 157. 158
Terræ natura indomita 20. 61
Terræ nutrimentum quomodo cœlo remittatur 105
Terræ umbra turbinata 242
Terræ zonæ ſeu cingulæ 73
Terram calore excitatam, fructus edere 182
Terram habitari totam 87
Terram inter & cœlũ quantum ſpacium 156. 157. & Solem 118
Terræmotus 16. 179. 180
Terræmotuũ diuiſio & uarietas 16. 17
Terrena natura 48. 50
Terrena cur à diuinitate alieniora 22
Terrenis quanto cœleſtia præſtantiora 29
Terreſtrium interitus cauſæ 64
Tetrapharmacum 53
Theologia ueterũ quæ 154
Theophraſti de mundi æternitate ſententia 57
Therſites Homericus 123
θρασκίας uentus 13
Thule inſula 90
θυέλλα 14. 177
Tonitru 14. 177. 179
Trabeculæ aëriæ 15
Triuia Diana cur 137
Tropici 6. duo 73
Turbo 14
Typhon 15

V

Vapor 173. 174. 176. 177
Venus 6. eius motus 77. ad terram quantũ ſpacium 158
Ventus 12. Ventorum genera, nomina, flatus 13. è terra eruptio 20. 21
Ventorum uſus quis terræ, 169. 179. uis & motus cauſa 177
Veris conſideratio 169
Veſper 72
Virga aëria 15

Viſum 40
Viſus auditu celerior ſenſus 14
Viſus præſtantia 41
Vmbilici 28
Vnius regentis cætera, in rebus omnib. uis 190. 191. 192
Vocis organa & uarietas, 194
Voluptatis aſſertores an philoſophari recte poſſint 121
Voluptatis pœna 197
οὐρανὸς 29. 36
Vrbes ſubmerſæ mari 61
Vulturnus, Vulturnauſter 13

X

Xenagoras 154
Xerxes 23. 24

Z

Zephyri 13
Ζῶα deũ cur appellent 31. 32. 196
Zona torrida 79. gelida 89
Zonæ temperatæ 74. 78. 79
Zonæ terræ & cœli 75
Ζωόφυτα 39

FINIS.

Errata ſic corrige:

Pag. 22. penult. flatuum & uorticũ. 32.27. quod ab eo. 41. 2. animæ affectio. 48.23. naturam. 37.30. natatilia. & ſic etiam legito pag. 39.16. pag. 59.13. humore putrifico. 33. unamquãq;. 73.3. nulla pars. 76.24. non cedentes loco. 93.28. dimetiens erit. 94. 29. Pyramoides. ſic etiã legend. lin. 33. 103. ult. emerſiſſe. 109.1. ob aëris. 111.25. At certe. 121.15. tamq́; multiplicem. 141.2. ad ſeptentrionem. 142.22. inq́; auguſtũ. 147.9. ab animi. 157.18. à cuius. 159. 24. eaſdem ui ſuũ. 171.19. promontoriorũ. 20. mirandarũ. 185. 11. refingendumq́;. 164,24. omnis id. 199.27, alia beatæ.

GVLIELMVS BVDAEVS IA COBO TVSANO S.

ARISTOTELIS librum de mundo nuper ſermone latino cum ſcripſiſſem, huic Philonis librum eiuſdem tituli agglutinandum cenſui, tanquam Herculi Theſeũ, aut profano Ariſtoteli potius Ariſtotelem initiatum: quando eodem in argumento, aut certe eiuſdem tituli libro, eodem penè hic cũ illo ſtili genere, ſuppari etiam uſus acumine mihi ſcientiaq́ ui debatur. Siquidem Philo (quiſquis hic fuit qui librum de Mũdo ſcripſit: nam inclytum illum Philonem, qui Platonem facundia æquauiſſe dicitur, nequaquam eum fuiſſe mihi perſuadeo) diſſerẽdo de mundo, deq́ eius interitu aut æternitate cõſtituendo, non tam Hebraicæ philoſophiæ alumnus, mea quidem ſentẽtia, quàm Græcorum aſſectator eſſe uideriq́ meditatus eſt. Scita enim amplexus eſt nõ tam ſcholæ circunciſæ congruentia, quàm religione oraculari ſolutæ ac liberæ. Et huius autem & illius librum è uulgatis tantum exemplaribus uerti, ut qui manu ſcriptum nullum unquam uiderim: id quod ueniæ emerendæ gratia teſtandum exiſtimaui, ſi id in eam partem aliquatenus ualiturum eſt. Veritus ſum enim ne ſi in mẽdis deploratioribus, aut ſi in loco uno aut altero mutilato ſenſus non cohæreat, iniqua conditione alienam culpam præſtare ideo mihi cõtingat, quòd periclitari (ut aiũt) quàm extra telorum iactus conquieſcere malui. In quo tamen inſtituto non minus inertiæ præſidium patrociniumq́ parata ſunt, quàm induſtriæ inconſultæ geſtientiq́, dedecus & conuicium. Verũ hos libellos cum ædere mihi uiſum eſſet, ſerotinam for

 taſſe

taſſe fœturam nec ſatis iam uiuidam, ne rationi qui dem meæ inſtitutoq; conſentaneam: ſed tamen ede re eos ueterno excutiendo animiq; cauſa cum ſta= tuiſſem, amicitiæ quæ tibi mecum intercedit ut di= carem, cupide appoſiteq; feci, tuoq; ſub nomine pu blicandos tradidi: quippe quo omnium hominum ordinis noſtri familiariſſime iam uti cœperim, in eo quidem negocio quod mihi adhuc reliquum eſt cũ cultu literarum elegãtium. Nullus certe uſqueadeo mihi commentandi in eo genere uſum, aliquot iam annorum inerti uacatione languentem & penè in= termortuum, uiſendi, adhortandi, admonendi offi= cio exuſcitauit. Quocirca cui libentius Philologiæ (ut ita dicam) priſtinæ noſtræ delitias penitiores mihiq; ſanctiores patefacerẽ, quales ſunt illæ cunq;, hominem habui adhuc neminem, inſpiciendas etiã ocioſe permitterem arbitrandasq; pro poteſtate. Idq; merito me feciſſe confido, non doctrinæ mo= do tuæ merito, ſingularis & ingenuæ, mihiq; explo ratæ, ſed etiam acris, peruigilis, conſtantisq; ſtudij: quod publice fructuoſum eſſe futurumq; ſentio, mi= hi eo amplius priuatim iucundum & oppor tunum. Vale Calend. April.

M. D. XXVI.

ARISTO=

ARISTOTELIS LIBER DE MVNDO.

MIHI quidem ſæpe diuina quædam res Alexander, admirationeq́ꝫ digna uiſa eſt Philoſophia: præcipue uero ea in parte, in qua ſola ipſa ſublime ſeſe tollens ad contemplandas rerum naturas, magno illic ſtudio contendit exiſtentem in eis ueritatem pernoſcere. Et cum cæteri quidem mortales altitudine ipſa rei atq; magnitudine deterriti, eo inſtituto abſceſſiſſent, dignũ id inceptum eſſe duxit Philoſophia, quod intrepide ipſa nec dubitanter aggrederetur: earum etiam rerum diſciplinam ſibi tum cognatiſſimam, tũ maxime decoram arbitrata eſt. Siquidem cum per rerum naturam negatum hoc eſſet homini, cæleſtem ut in locum corpore ſe conferret, utq; ueluti è terra peregre proficiſcens, locum illum oculis perluſtraret, id quod ſtolidi illi Aloidæ quondam facere inſtiterunt: eo factum eſt, animus ut humanus huius uiæ ducem nactus intellectum, peregrinabundus illuc importaretur. Ex quo euenit, uiam cum inueniſſet Philoſophia laſſitudinis uacuam atq; laboris, res ut inter ſe ſitu longiſſime ſeiunctas una intelligentia complecteretur. facile nimirum eas res noſcitans queiſcum ſibi naturalis intercedit neceſſitudo. Eadem etiam cum diuino animæ oculo diuinarum rerum naturam comprehendiſſet, hominibus ſubinde ea interpretari cœpit, quaſiq́ꝫ antiſtitis offi

cio perfungi. Id enim libens Philoſophia faciẽdum ſuſceperat,ut quas res cunq; præcipuæ commendationis eſſe exiſtimaſſet, eas quoad eius fieri poſſet, inter homines erogaret, quibus utiq; ipſis abunde atq; prolixe conſultum ipſa cupiebat. Quapropter iſtos miſerari quiuis iure poſſit ut puſilli animi ſcriptores, res quaslibet uulgoq; expoſitas ſumma admiratione proſecutos, qui nobis unius loci naturã, aut urbis cuiuſdam formam ſitumq;, aut magnitudinem fluminis, aut deniq; amœni montis aſpectũ deſcribere inſtituerunt: cum interim magnifice de ſemetipſis ſentiant ob exilem quampiam naturæ perceptionem. Cuiuſmodi nonnulli magno illi quidem ſtudio fecerunt, accurata ut dictione deſcriberent, hic Oſſam montem, ille Nyſſam, alij Coryceũ ſpecum, alij quiduis eorum quæ inter orbis particulas cenſentur. Id quod ideo euenit, quòd illis maiora uidiſſe non contingit, mundum ſcilicet & præcipuas eius partes. Haudquaquam enim illi tantopere quælibet admirarentur, ſi hiſce cõtemplandis incubuiſſent legitima contentione, omnia uero & parua & floccifacienda duxiſſent, duntaxat præut extat horum excellentia. Proinde dicere ipſi aggrediamur de ijs omnibus uniuerſim collectis: quamq; fieri poteſt maxime, theologica commentatione ediſſerere, quænam ſit cuiuſq; horum natura, ſitus, motus. Tibi uero, utpote imperatorum præſtantiſſimo, hoc quoq; decorum conſentaneumq; eſſe arbitror, cum maximarum rerum commentationem animo conſectari, tum uero ex Philoſophiæ ſtudio nihil iam non grande animo agitare, optimates etiam uiros ijs rebus inuitare, quibus rebus ipſi ab eadem munifice prædito eſſe contigit.

MVNDVS

MVNDVS eſt compages è cœlo ter raq; coagmētata, atq; ex his naturis, quæ inter ea cōtinentur. Dicitur etiā aliter Mundus, ordo & digeſtio uniuerſorum, quæ à deo, & per deū aſſeruatur. Huius ſitum medium immotū & ſtabilem Terra uitæ fœcunditate prædita, ſortita eſt: animantium quidem illa omnifariam diſtinctarum ſedes & parens. Huius uniuerſitatis ſuprema pars omnis, omnem in partem finita eſt & terminata. Cuius id quod in celſiſſimo loco ſitū eſt, Cœlum dicitur, dei domicilium. Hoc quum diuinis corporibus plenum ſit, quæ Sidera nos appellare ſolemus, motuq; ſempiterno agatur uno circumactu, orbisq; ductu eodem, perenni utiq; in æuum tenore rapta ſecum illa circumagit corpora ad numerum, in moremq; præſultoris. Vniuerſi autem mundi cœliq; globoſa (ut dictum eſt) forma compacti, iugiq; uertigine exagitati, duo eſſe puncta neceſſe eſt inter ſe è regione obuerſa, itidem atq; ſi globus in torno circumagatur: ſtabilia quidem illa, globumq; continentia: circa quæ mūdus uniuerſus uertitur. Hos Vertices appellant aut Cardines. Per quos ſi lineam rectam ab uno ad alterum porrectam intellexeris, quam nonnulli Axem uocitant, erit hæc utiq; mundo linea dimetiens, ita ut terram in medio, ambos autem cardines habeat pro terminis. Qui quum ipſi fixi ſint & immoti, alter eorū ſemper ſublimis apparet ſuper uerticem, ad tractū cœli Aquilonarem: ab Vrſa appellatus Arcticus. At infra terram alter ſemper conditus circa tractū Auſtralem: Antarcticus dictus eſt, ut contrarius Arctico. Cœli porrò ſiderumq; ſubſtātiam appellamus ætherem: non quidē ideò quòd ignita flagret ipſa, ut aliqui cenſuerunt (plurimum utiq; aberrantes cir

Mundus *Terra.* *Cœlum.* *Sidera.* *Vertices & Cardines.* *Axis.* *Arcticus.* *Antarcticus.* *Aether.*

ca potentiam illam maxime ab ignea natura abs horrentem) origine uero huius uocabuli inde du*
αἰθὴρ ὁ ἀεὶ θέων. ctia, quod ſemper æther currat motu circũductili. cum ſit illud elementum à quatuor illis diuerſum: tum diuinum, tum interitus expers. Eorum uero ſi-
Stellæ fixæ. derum quæ intus cohibentur, ea quæ errationis ne ſcia ſunt, cum cœlo circumferuntur: eaſdem utique ſedes, poſitusq́ eoſdem tenentia. Quorum medius
Signifer. circulus (cui Signifero nomen eſt) duos per orbes trãſuerſus cœlum cingit, qui à conuerſionibus ipſi
Tropici. Solis, Tropici quaſi conuerſionales appellati ſunt, in duodecim ille quidem regiones totidem ſigno-
Planetæ. rum diuiſus. At uero quæ Erratica dicuntur, nec ea dem ipſa celeritate cũ prioribus moueri ſuapte na- tura comparata ſunt, nec inter ſe inuicem: ſed in aliјs atq; aliјs orbibus: ita ut orbium ipſorum partũ propius terram accedant, partim ſublime ferantur. Et ſtatariorum quidem numerus iniri prorſus ne- quit ab hominibus: tametſi omnia eadem in ſuperfi cie moueantur, quæ unica eſt totius cœli. At uero errabundorum numerus ſeptenario collectus, in totidem orbibus ſitus eſt deinceps ſubſtitutis: ita ut ſubinde inferior ſuperiore minor ſit, ſeptemq́; orbes ſeſe complectentes inuicem atq; coërcentes, à glo- bo deniq; ſiderum inerrantium comprehendantur. Huic porrò globo contiguam habet ſemper poſitu-
Planetarum nomina & poſituræ. ram, Phænontis ſimul & Saturni circus dictus. Cui proximus eſt Phaëthontis, qui & Iouis appel- latur. Poſt hunc ſequitur Pyrois, Herculis idẽ Mar- tisq́; appellatus. Ab hoc rurſus eſt Stilbon, qui ſa- cer Mercurio eſſe creditur, à nonnullis etiam Apol lini. Secundum quem Luciferi orbis eſt: quem Ve- neris nonnulli orbem, quidam Iunonis uocant. Ab eo eſt orbis Solis. Et deniq; lunæ nobis citimus, ad
Aether. terrã uſq; fines ſuos proferens. Aether uero cum

diuina

diuina contineat corpora, ratas etiam uices motu um complectitur. At uero ætheriæ diuinæq́ naturæ, quam certa lege conſtare demonſtrauimus conſtitutisq́ uicibus, mutabilitatis etiam immunem, atque in aliam aliamq́ ſpeciem conuerſionis: confinis eſt natura patibilis prorſus & uertibilis, atque (ut in uniuerſum dicam) ſolubilis, & obnoxia. Cuius etiam ipſius principia obtinet ſubſtantia tenuitate particularum prædita, flammulisq́ ignita: quas ætherea natura magnitudine ſua excitat, & motus celeritate. Iam uero in natura ipſa ignita, eademq́ incondita appellata atque incompoſita, tum fulgores emicant, & iacula traijciuntur flagrantia: tum trabeculæ, foueæ, & crinitæ fixæ uiſuntur, & ſæpe reſtinguntur.

Hanc naturam excipit Aër illi ſubſtratus: ſuopte ille quidem ingenio caligine & gelu permixtus, cæterum illuſtratus agitatione atque ſucceſſus: unde calorem concipit & claritatem. In hoc autem ipſo uim patibilem ſortito, omnifariamq́ in aliam aliamq́ naturam commeare natura comparato, nubes concreſcunt, imbres cum ſtrepitu decidunt, niues, pruinæ, & grandines: flatus etiam uentorum tempeſtatumq́ cientur: ſimul tonitrua & fulgetra exiſtunt: fulmina inde caſitant: ſexcentæ denique ibidem conflictationes aëriæ opacitatis fiunt. *Aër.*

Ab aëria porrò natura, Terra protinus & Mare ſitum habent fixum & affirmatum. Stirpibus illa quidem animantibusq́ ſcatens: fontibus etiam & fluminibus, partim per ipſam lapſus ſuos implicantibus, partim aquas ſuas in mare eructantibus. Inſuper ipſa diſtincta, ſimul innumerarum herbarum indidem enaſcentium uarietate, fructificantium'que ſimul montium uerticibus, nemorum *Terra.*

opacitatibus,urbiumq́ frequentia,quas animantes ſapientiæ participes,Homines ſcilicet,condiderũt: inſuperq́ inſulis maritimis,atq́ cõtinentibus. Orbem uero terrarum, hominum ferè ſermo in inſulas diuiſit & continentes,ſcilicet ignorantium, uniuerſam ipſam terram inſulam eſſe unicam, Atlantici maris ambitu circundatam.Multas autẽ & alias longe quidem illas ſummotas, ſed tamen ueluti dirimente freto huic ipſi eſſe obuerſas, non abſimile ueri eſt, partim hac maiores, partim etiam minores, ſed quarum nulla præter eam ſub proſpectum noſtrum ſita ſit. Nam quod inſulis noſtris accidit, undiq́ ut noſtra maria eas alluãt, idem orbi quoq́ huic contigit, rationem inſulæ ut obtineat Atlantico mari cinctæ. Complures item alij terrarum orbes eadem poſitura conſtantes, inſulæ naturam habent in uniuerſo mari ſitæ:quod latiſſime patet. eorumq́ nonnulli prægrandes, prægrandibus quoq́ ipſis maribus circumfuſis. Enimuero humoris uniuerſi naturam finitimam merito eſſe cenſeas naturæ animabili & aëriæ, ita ut ipſa innatabunda exiſtere terram faciat per quaſdam ſaxoſas eminentias, quas habitabiles uocamus: poſtquã protinus in imis mundi partibus & ſummerſis,atq́ in medio maxime mũdi, uniuerſa iam terra ſtabiliter defixa compreſſaq́ ita cõſtitit,ut immota permaneat atq́ illabefactabilis. Atq́ hæc eſt mũdi uniuerſitas, quã Infernam appellamus. Quinq́ igitur hæc elemẽta in regionibus totidem globoſe incubãtia,mundum ipſum ita totum coagmentarunt,minor ut deinceps atq́ minor regio à maiore cohibeatur: terra(uerbi gratia) ut ab aquæ globo, aqua ab aëris, hic ab ignis,ab ætheris deniq́ globo ignis coërceatur: cum interim ſupremam regionem, Deorum fecerint domicilium:infimam animalium in diem uictitantium

Orbis terrarũ diuiſio.

Plures terrarum orbes.

Vniuerſitas inferna.

Quinq́ elementa.

ctitantium. Huius porrò id quod liquore conſtat, flumina & ſcaturigines & maria uocare conſueuimus: quod aridum eſt, terram & continentes inſulasq́ nominamus. Iam inſularũ nonnullæ grandes ſunt, ueluti hæc cuncta habitabilis à nobis iam dicta eſt, aliæq́ quas ingentia maria undis ambiũt circumfluis: aliæ minores, nobis notæ & inteſtinæ. Quarum rurſus quædam memorabiles, ut Sicilia, Sardinia, Cyrnus, Creta, Eubœa, Cyprus, & Lesbos: quædam longe exiliores, tum Cyclades, tum Sporades, tum aliæ aliꝭs nominibus nuncupatæ. *Inſularum partitio.*

Porrò autem pelagus quod extra orbem nobis habitatum fuſum eſt, & Atlanticum dicitur & Oceanus: à quo ipſi circumluimur. Qui in faucibus ipſe anguſtis, quæ uergunt ad Occidentem ueluti uia patefacta, qua parte Herculis columnæ uocitatæ ſunt, eliſo fluxu irrumpens, Mare interius efficit, ferme ut dicere eum poſſis in portum ſe recipere. Senſim deinde amplior infunditur: ſinus intercà ingentes complectens inter ſe cõtingentes, anguſtis etiã ceruicibus in fauces ſeſe comprimens, uiciſſimq́ latius expatians. Ac primum quidem inſinuari dicitur dextrorſus ab Herculis columnis intro nauigantibus, circa utranq́ Syrtim: alteram earum magnam, paruam alteram uocant. At uero in alterã partem non iam itidem ſinuoſus inundans, efficit tria maria, Sardoum, Gallicum, & Hadriam. A quibus continuo Siculum ſequitur, porrectum in obliquum: quod & ipſum excipitur à Cretico. Cretico coniuncta ſunt parte altera Aegyptium, Pamphylium, Syrium: altera Aegæum & Myrtoum. At Pontus, uelut antedictis obiectus, atq́ ex aduerſo protenſus, multis partibus conſtat. Pars eius in intima penetrans, Mæotis appellatur. Quæ autẽ ad Helleſpontum uergit, in fauces contracta eſt, quã *Atlanticum pelagus.* *Oceanus.* *Herculis columnæ.* *Mare interius* *Syrtes.* *Pontus.* *Mæotis.*

Propontis. Propontidem uocant. Rurſus ab ortu Solis in orbem terræ exundans Oceanus infert ſeſe, uelut in medium procedens, Indico ſinu Perſicoq́ perfoſſo: finitimum Mare rubrum intercipiens. Ad alterum autem cornu ſimul atq́ oblonga ceruice anguſtaq́ penetrauit, rurſus amplificatus Hyrcaniæ fines Caſpiæq́ amplectitur. Mare uero quod ſuper Hyrcaniam eſt, uaſtum illum obtinet locum, qui eſt ſuper Mæotin paludem. Tum autem qua parte Scythas Celtasq́ complectitur, ſenſim aſtringit orbem terrarum adusq́ ſinum Gallicum, ſupradictasq́ columnas, extra quas Oceanus terram fluctibus ſuis oberrat. *Inſulæ maiores.* Quo ipſo in mari inſulæ duæ ſitæ ſunt quàm maximæ, quas Britannicas appellant, Albium & Ierna: ijs etiam maiores, quas commemorauimus ſupra Celtas iacentes. Queis tamen ipſis magnitudine nec Taprobane cedit, nec ea cui Phebol nomen eſt: illa ſuper Indos poſita, ſitu ad terrarum orbem inflexo: hæc ad Arabicum ſinum. Sunt etiam non paucæ, ſed exiguæ, circa Britannicas & Iberiam, quæ quaſi corona cingunt hunc orbem hominum domicilium, quem ſuperius inſulam eſſe diximus. *Orbis latitudo & longitudo.* Huius orbis latitudo qua cõtinens eſt amplissima, paulominus quadraginta millia ſtadiorũ patet, ut quidem perhibuerunt autores rectæ & exquiſitæ geographiæ: longitudo ad ſeptuaginta millia. *Tres partes orbis.* Diuiditur porrò in Europam, Aſiam, & Aphricam. Europa his finibus circumſcribitur: Herculis cippis, Ponti receſſu, Hyrcano mari: ſecundũ quam anguſtiæ Iſthmi ſimiles ad Pontum usq́ pertinent. Nonnulli tamen ab illo Iſthmo Tanaim fluuiũ Europæ terminum eſſe dixerunt. Aſia eſt quicquid terræ ſitum eſt ab Iſthmo iam dicto, à Ponto Hyrcanoq́ mari, ad Iſthmum usq́ alterum, qui Arabicum ſinum interiacet & mare interius, illum quidem co-

hibitum

hibitum ab eo mari, & ab Oceano,qui eum com-
plectitur ambitu. Sunt qui fines Aſiæ ſtatuant ſpa-
tium, quod à Tanai protenditur ad Nili uſq; oſtia.
Aphrica ab Arabico Iſthmo, ad columnas Hercu-
lis porrecta eſt:uel ut alij cenſuerunt,ab Nilo.Nam
Aegypti quicquid Nili oſtijs ſeptum eſt, alij Aphri-
cæ, alij attribuunt Aſiæ: inſulasq; tribus terræ par-
tibus adiacentes, ſcriptorum partim ut exemptiles
ab orbe terrarum recenſuere:partim ut contributas
ijs partibus, quibus earum quæq; uicinitate coniun
cta eſt. Proinde terræ mariſq; naturam ac ſitum
huiuſcemodi prodenda cenſuimus, quem habitatũ
orbem appellare conſueuimus. Quas res autem
tum in eo orbe, tum circa eum exiſtere contingit,
quibus ille rebus quodammodo afficiatur: earum
ipſarum rerum ut quæq; maxime commemorandæ
uidebuntur, dicere porrò aggrediamur, ſummam
quandam colligentes eorum quæ ſunt neceſſaria.

Duas igitur exhalationes ab eo ſurſum ferri no- *Exhalatio-*
uimus in aëra nobis impendentem:tenues illas qui *num duo ge*
dem omnino,nec nobis cõſpicuas,niſi ſiquid eſt hu *nera.*
iuſcemodi ad tractus Orientales, & præter ea quæ
ex amnibus & locis irriguis ſublimia ferri uidentur.
Earum autem exhalationum altera ſicca eſt, in fu-
mumq; cõformata, è terra manans:altera humida,
roſidæ expirationis plena,ab humida natura exha
lata.Ex hac nebulæ,rores,& gelu omne genus,nu
bes,pluuiæ,niues,& grandines oriũtur. A ſicca aũt
illa,uenti & flatuũ differẽtiæ exoriũtur,tonitruſq; &
fulgura,turbines & fulmina,aliaq; his cognata. Ne *Nebula.*
bula eſt expiratio quædã roſida, aquæ nequaquam
genitrix,ut aëre craſſior ipſa,ſic nube rarior. Gigni
tur uel ex nubis primordijs rareſcentib. uel ex reli-
quijs nubis.Huius aduerſaria, ut eſt, ita eſſe dicitur
Serenitas: nihil aliud ipſa exiſtẽs, quàm aër nubi- *Serenitas.*

bus

Ros. bus nebulaq́ꝫ uacuus. Ros eſt humidum quid è ſe-
Glacies. renitate cõcretum, minutimq́ꝫ delabens. Glacies
Pruina. eſt aqua conferta à ſerenitate compactilis. Prui-
δροσοπάχνη na ros eſt concretus. δροσοπάχνη compoſito nomi-
Nubes. ne dicta eſt, ros ſemiconcretus quaſi ros pruino-
Imber. ſus. Nubes eſt craſſamentum exhalationum con-
uolutum, uim habens aquæ gignendæ. Imber fit
expreſſione nubis magnopere addenſatæ, tot ha-
bens differentias, quotuplex eſt nubis compreſſio.
quippe quæ remiſſa ſi fuerit, molles ſtirias diſper-
Pluuia. gat: ſin uehemẽs, pleniores. Hocq́ꝫ appellamus plu-
uiam, imbris contorta ſtillicidia, cum maiuſcula
Nix. ipſa, tum uero iugi tenore caſitantia. At uero nix
gignitur denſitate nubium friatili, quæ ſimulac in
aquam uerti cœptæ ſunt, in minuta contunduntur:
cum eo, ut illa contuſio ſpeciem ſpumæ, exactumq́ꝫ
candorem, humoris autẽ, qui ineſt, concretio, quiq́ꝫ
nondum fuſus eſt nec rarefactus, rigorem efficiat.
νιφετός. Hæc impetu & confertim decidens, νιφετὸς appel-
latur. Quo genere uolutim contorto, libra-
mentumq́ꝫ ex compreſſu capiente ad celeriorem la-
Grando. pſum, fit quæ grando uocatur: cum interea pro fra-
gmentorum magnitudine quæ abrumpuntur, tum
corpuſcula maiora grandinis, tum delapſus uiolen-
tiores fiant. Atq́ꝫ hæc quæ hactenus dicta ſunt, na-
turæ ui ab humida expiratione euenire compara-
Ventus. tum eſt. A ſicca uero tum uentus oriri ſolet, cum
à frigore ita, ut fluat, illa truditur: nihil ut aliud uen-
tus ſit, niſi aër multus fluctuans & coactus: qui etiã
Spiritus. Spiritus appellatur, quum alioqui ſpiritus appelle-
tur ſubſtantia animata & genitalis, in ſtirpibus atq́ꝫ
in animantibus exiſtens, per omniaq́ꝫ pertinens: de
Flatus. qua nũc diſſerere nihil neceſſe fuit. Flatus uero qui
Aura. in aëre ſpirãt, uentos, auras, expirationes dicimus
Expirationes. quæ ex humore prodeunt. Venti qui è terra uligi-

noſa & humefacta prodeunt, ἀπόγαιοι, quaſi terra *Ventorum*
oriundi: qui è finibus proſiliunt, ἐγκολπίαι, quaſi ſi- *genera.*
nuales uocantur: inter quos ipſos, eosq́ue qui è flu-
minibus erumpunt, ex aquisq́ue ſtagnantibus, inter-
cedit nonnihil proportionis. ἐκνεφίαι appellantur,
qui in fractura nubis, reſoluendaq́ue eius craſſitudine
colliduntur inter ſe, quaſi quidam Nubigenæ. ἐξυ-
δρίαι quaſi aquatores dicuntur, qui cum pluuijs
aquis graſſantur, impetu & confertim effuſis. Et ij
quidem qui ab Oriente, iugi tenore perflant, εὖροι *Ventorum*
& Vulturni: qui ab Vrſa, βορέαι & Aquilones uo- *nomina.*
cãtur. ζέφυροι & Fauonij, qui ab Occaſu: qui à Me-
ridie, νότοι dicuntur & Auſtri. Vulturnorum por-
rò is καικίας dictus eſt, qui naſcitur ad ortum ſolſti-
tialem: Subſolanus ad æquinoctialem: ad brumalẽ
Vulturnus. At eorũ qui ex obuerſa parte prodeũt,
quos Fauonios uocamus, ἀργέστης & Corus ab oc-
caſu ſolſtitiali, qui etiam ὀλυμπίας ab aliquibus di-
ctus eſt, & ab alijs ἰάπυξ. Fauonius ab æquino-
ctiali, Africus ab hyberno oritur. At uero Aquilo-
num is qui καικίᾳ coniunctus eſt, peculiariter ap-
pellatur Aquilo: qui autem hunc à uertice ſtatim
excipit per Meridianum ſpirans, Septentrio dici-
tur. θρασκίας deinceps à Coro ſpirat, quem non-
nulli Cæciam appellauerunt. Rurſus ex Auſtris is
qui à uertice nobis condito ſeſe infert ex aduerſo
Septentrionis, Auſter nominis prærogatiua dici-
tur. Qui inter hunc & Vulturnum eſt, εὐρόνοτος eſt
uocitatus: quaſi dicas Vulturnauſter. At qui ſpi-
rat altrinſecus inter Aphricum & Auſtrum, hunc
alij λιβόνοτον, quaſi Africauſtrum: alij λιβοφοίνικα
uocant. Ventorum porrò quidam flatus re- *Ventorum*
ctos: quidam reflexos habent. Rectos habent ij *flatus.*
qui lineis rectis ſemper graſſari ſolent: Reflexos &
refractos, ut is quem καικίαν nuncupant. Rurſus
quidam

quidam hyeme pollent, ut Auſtri: quidam æſtate, ut
ἐτησίαι qui dicuntur, id eſt anniuerſarij, cinnũ quen-
dam conficientes Septentrionum atq; Subſolano-
rum. ὀρνιθίαι, quaſi Auiarij, uenti quidam dicti
ſunt ex Aquilonio genere, uerno tempore inuale-
ſcentes. Cæterum è genere uiolentiorum flatuum,
καταιγὶς nomen eſt flatus ingruentis ſuperne, re-
penteq; euerberantis. θύελλα flatus eſt præualens,
qui repente proſilit. λαῖλαψ & ςρόβιλος nuncupa-
tur, qui inferne ſurſum uerſus repente conuolui-
tur. ἀναφύσημα quaſi efflatus terræ, dicitur uentus
ſublimem ſeſe rapiens: cum aut è ſpecu altius de-
preſſo flatus emicuerit, aut è terra in hiatum diſce-
Turbo. dente. Qui Turbo terreſtris eſt tum, cum multus
ac contortus ferri cœptus eſt. Flatus uero in nu-
be implicitus & craſſa & humida, continuatum nu-
bis ſpiſſamentum uiolenta eruptione perfringens,
Tonitru. mugitum edere cum ingenti fragore ſolet, qui To-
Fulgetra. nitru dicitur: modo haud abſimili ſpiritus uehe-
menter in aqua impulſi. Fulgetra eſt ſpiritus
ignitus & coruſcans, dum nubes dirumpitur. Quæ
tonitru antecedere ſolet, cum tamen poſt ipſum
fiat. Siquidem quod oculis percipitur, ei quod au-
ribus obiectum eſt anteuertere natura compara-
tum eſt: quippe illo è longinquo aſpectabili, hoc
tum demum exaudibili, quum auribus appulſum
ſit. Præſertim quando alterum omnium natura-
rum celeritate maxima præditum eſt, ignita ſcili-
cet natura: alterum minus uolucre, quod eſt natu-
ræ ſpirabilis & aëreæ, non antequàm aures pepu-
lerit, ad aditum peruenit. At uero quod fulſerit, ſi
Fulmen. ad terram uſque curſim illiſum ſit, Fulmen uoca-
Præſter. tur. Sin ſemiuſtum quidem, ſed uniuerſum tamen
uiolentũq; incubuerit: πρηςὴρ hoc eſt accenſus tur-
bo, dicitur. Quod ſi prorſus ignis nihil interim con-
ceperit,

ceperit, τυφών uocatur, qui eſt uertex procello- Typhon.
ſus & euerberans. Horum quicquid in terram im-
petu decubuerit, σκηπτὸς, id eſt Fulmen, nomina- σκηπτὸς
tur. Qui ψολόεις dicitur, cum fuliginem contraxit:
ἀργὴς ſi raptim emicuerit: ἑλικίας, ſi lineari ſpecie
conformatus eſt. σκηπτοὶ dicuntur quæcunq; fulmi-
na, in quiduis illiſa ſint. Ad ſummam, eorum quæ in
aëre apparent alia ſpecietenus exiſtunt: alia etiam
habent naturæ ſubſiſtentiam. Speciem tantum ex-
hibent arcus cœleſtes & uirgulæ, aliaq; huiuſcemo-
di. Subſtantia etiam apparent fulgores cœleſtes, &
quos emicãtes uocamus, & Crinitæ ſtellæ, & ijs ſi-
milia. Arcus eſt ſpecies ſegmenti ſolaris uel lunaris, Arcus.
edita in nube humida, & caua, & perpetua: quã ue-
lut in ſpeculo intuemur, imagine relata in ſpeciẽ cir
cularis ambitus. Virga eſt arcus cœleſtis exhibitio Virga.
in directũ cõformata. Area eſt edita imago ſidereæ Area.
claritatis undiq; illuſtrata: hactenus arcu differens,
quod ille è regione Solis ac Lunæ uiſendũ ſe exhi-
bet, quũ area ſidus totũ ambitu cingere orbiculari
ſoleat. Fulgor eſt ignis collectio qui in aëre exarſit: Fulgor.
per cœlũ ille quidẽ aut iaculari ſpecie trãſmeãs, aut
uno loco fixus. At Eiaculatio, ignis eſt enatus attri Eiaculatio.
tu, in aëre pernici motu inuehens, ob eãq; pernicita
tẽ oblongã formã ſimulans. Fulgor fixus eſt exten
ſio longe porrecta, & loco permanens, & tanquam
profluuiũ ſideris. Quod ſi in alterã partẽ dilatetur,
Crinita ſtella uocatur. Sæpenumero autẽ euenit, ut Crinita ſtella
fulgores tẽpore multo maneant, ſæpe ut confeſtim
extinguãtur. Complures item & aliæ rerum formæ
cernuntur in cœlo apparentium, ut quæ Faces, quæ
Trabeculæ, quæ Dolia, quæ Scrobes nũcupantur:
omnia ab earum rerum ſimlitudine appellata, un-
de nomina mutuata ſunt. Eaq; partim in occidua
mundi parte, partim in Oriente cernuntur, partim
etiam

etiam ambiguo in utranq; partem editu: raro uel Septentrionali,uel Auſtrino. Cæterum omnia incerta. Quippe nihil huiuſcemodi hactenus proditũ eſt memoriæ,ita fuiſſe conſtabilitum rato ſitu & cõſtituto, ut ſemper conſpicuum fuerit. Atq; huiuſcemodi ſunt, quæ in natura animabili aëriaq; fiũt. Iam uero terra cõtinet etiam ipſa in ſe, ut aquæ, ita ſpiritus ignisq; ſcaturigines: quarum quædam ſub terra latent, oculis humanis ſubductæ: multæ ſpiracula habent emiſſariaq; uaporis,ut Lipara, ut Aetna,ut Aeoliæ inſulæ.Quæ quidem ſæpe & ipſæ fluminum more fluunt, ignitasq; ferri glebas euomunt. Nonnullæ uero huiuſmodi ſcatebræ ſecundum fontes ſitæ, aquas inde manantes calefaciũt, aliquæ inde ut tepentes, efferuefactæ aliæ,quædam modice temperatæ ut emittantur. Multis etiam in locis orbis, exitus ſpirituum pari ratione patefacti ſunt. Quorum partim fanatico furore afficiunt homines propius accedenteis: partim tabifica ui abſumunt:partim fatidicos efficiunt, ut Delphici & Lebadici.Sunt & qui prorſus enecent, ut in Phrygia.Frequenter fit etiam, ut congenitus ſpiritus in terra conditus, cum aberrans inſinuarit in abſtruſos quoſdam eius atq; cæcos meatus:quaſi ſedibus ſuis erumpens, multis in locis uibrantem motum cieat. Eſt etiam, nec raro,cum flatus aduena, introrſus in terræ caua irrumpens, deinde exitu omni excluſus, intus ſeſe uerſando ingenti ui terram quatiat, nequicquam exitum inde quæritans. Ex quo fit naturæ facinus, quod uocamus Terræmotum. Terræmotuum autem ij, qui ad angulos acutos in obliquum quatiunt, ἐπικλίνται appellantur, quaſi in tranſuerſum ſe agentes. Surſum uero deorſumq; ad angulos rectos iactantes, βράσται uocantur,à ſimilitudine aquæ efferueſcentis. At qui labes terræ

Spiritus & ignis ſcaturigines.

Aquæ calidæ.

Spiracula terræ.

Terræmotus.

terræ relinquunt in caua ſubſidentis, ab hiatu χασματίαι nominati ſunt. Quem hiatum ĳ qui ui eruptione facta patefaciunt, ῥῆκται, id eſt effractores, dicti ſunt. Iam horum aliqui flatum ſecum erupturum rapiũt, alĳ ſaxa, alĳ cœnum. Sunt qui fontium ſcatebras edidere, quæ antea non erant. ὦσται, id eſt truſores, uocãt, qui uno obnixu ſubuertũt quod impulerunt. Sunt etiam qui quaſſabundi atq; utroq; declinantes uibranteſq;, quod mouerint ſemper eri gunt: ob id παλματίαι, hoc eſt uibratores, dicti. efficiuntq; terræ motum tremoris non diſſimilem. Appellantur etiam μυκητίαι, terræ motus qui cum mugitu quatiunt: indito ob id nomine. quanquam ſæpe terræ mugitus abſque terræ motu contigerit. id quod aſſolet, quum ſpiritus impar quatiendæ terræ fuerit, intuſq; cohibitus ac conuolutus arietarit impetu uehemẽti. Adde quod flatus qui terram ſubierint corroboratiores fiũt à liquoribus terrenis qui intus conditi ſunt. Proportione his reſpondent ea quæ in mari eueniunt. Nam & hiatus fiunt maris & receſſus, undarumq; excurſiones interdum reciprocantes, interdum eluuie retro non recurrente. id quod proditum eſt circa Buram Helicemq; contigiſſe. Sæpenumero etiam in mari euaporationes ignis exiſtunt, fontes excaturiunt, oſtia fluuiorum aperiuntur, arbores enaſcuntur, fluxiones & uortices exiſtunt, inſtar eorum habentes quæ à flatibus deſignari dictum eſt, non in medio mari modo, ſed etiam in eũripis & in fretis. Aiũt etiã multos æſtus undarumq; ſublationes ſtatis quibuſdam temporibus cum Luna circumagi. Atq; ut in uniuerſum dicam, cũ elementa in aëre, in terra, & in mari, commoda inter ſe temperatura mixta ſint: nimirum affectionum quoq; ſimilitudines ĳſdem cõſtant in ipſis: in ſingulis illæ quidem naturis ortus alternantes,

In mari quæ eueniant.

& interitus,uniuerſitatem uero aſſeruantes genera tionis immunem atq; corruptionis. Tametſi extite runt,qui ſeſe admirari addubitabundi dicerent, qui fieri tandem poſſet, ſi è principijs contrarijs mun dus conſtitit(ſiccis dico & humidis, frigidis & cali dis)ut iamdiu nō diſſolutus fuerit atque interierit. Perinde quaſi mirari quiſquam debeat,quonam pa cto ciuitas incolumis perduret,quæ è gentibus cō trarijs compoſita ſit:egenis inquam & diuitibus, iu uenibus & ſenio confectis, infirmis & ualentibus, prauis atq; innocentibus. Ignorantia eſt iſta utiq; hominum, hoc eſſe in concordia ciuili non uiden tium longe admirabiliſſimum, quòd ex multis ipſa unum efficit affectum,& è diſſimilibus ſimilem, om nis illa quidem naturæ ſuſceptrix & fortunæ. Atq; haud ſcio an etiam contrariorum appetens ſit na tura: ex eisq; conſona, non item è ſimilibus confi ciat. Sic certe ipſa marem cum fœmina coniunxit, non etiam cum ſuo horum utrunq; ſexu. Quin pri mam etiam concordiam per contraria,non per ſi milia deuinxit. Adde quod ars naturæ æmulatrix, hoc idem facit. Siquidem pictura alborum nigro rumq; colorum, luteorumq; & rubrorum naturas inter ſe attemperans, effigies rerum efficit conſo nas exēplaribus. Muſica acutis & grauibus ſonis, longisq; & breuibus unà permixtis in diuerſis uoci bus, unum ex illis concentum abſolutum reddidit. Grammatica ex elementis uocalibus & mutis in uenta temperata, artem omnem literaturæ ex illis compoſitam reliquit. Hocq; nimirū illud eſt, quod apud Heraclitum legitur Scotinum ab obſcuritate cognominatum. Criſpa (inquit) & minime criſpa una uinxeris,conſentiens & diſſentiens,conſonans & diſſonans:unum etiam ex omnibus, omniaq; ex uno. Itaq; uniuerſorum coagmētationem (cœli in quam

Natura cōtra riorū appetēs.

Ars naturæ æmulatrix.

Heraclitus Scotinus.

quam & terræ, & uniuerſi mundi) cinno quodam principiorum ſumme contrariorum commode attemperato, natura ipſa digeſſit, una eademq́ concinna cohærētia: quippe ſiccum humido, calidum frigido, graui leue mixtū, & rectum orbiculari. Terram etiam omnem, omne mare, ætherem, Solem, Lunam, & poſtremo totum cœlum, uis una per omnia pertinens, certo ordine deſcripſit, concinneq́ digeſſit, è diuerſis ipſa naturis atq; impermixtis, aëre, terra, igne, & aqua, mūdum architectata. Quūq́ eum etiam globoſa ſuperficie comprehendiſſet, naturas quàmmaxime contrarias, ueluti edicta concordia & imperata, aſtrixit ad conſenſum mutuūq́ commercium: cuiuſmodi rerum molitione uniuerſitati ipſi ſalutē machinata eſt. Huius autem rei cauſa eſt concordia elementorum.

Elementorum concordia.

Concordiæ porrò cauſa eſt æquabilitas, & quod alterum altero nō plus pollet. ad æquilibrium enim adæquant grauia cum leuibus, calida cum ijs quæ ipſis oppoſita ſunt: Natura utiq; nos docente in maioribus, æqualitatem tutricem eſſe concordiæ & ſeruatricem: Cōcordiam autem mundi eſſe ſalutem, rerum omniū parentis, ac longe omnibus præſtantis pulchritudine.

Aequabilitas concordiæ ſeruatrix.

Nam quæ tandem natura præſtabilior ipſo? Quā enim dixeris cunq;, eius utiq; ipſius mūdi pars erit. Nam quicquid pulchritudine præditum eſt, id quaſi gentile mundi habet cum eo nominis ſocietatē, adeò quod recte atque ordine conſtitutum eſt, id à mundi nomine concinne digeſtum græco ſermone, conſentaneaq́ partium compoſitione ſpecioſum eſſe ſignificatur.

κόσμος.

Ecquidnam eſt autem ſingularum partium, quod cum eo æquiperari poſſit ordine, quo cœleſtis motus tēperatus eſt & cōſtitutus? Sole utiq; & luna, reliquis itē ſideribus intra ſpatia ſe mouentibus exquiſitiſſime emodulata à ſeculo

Mundi ornatus.

in ſeculum alterum. Age ecquæ tandem uices tam ratæ eſſe poſſunt, quàm eſt exacte cõparatus à natura tempeſtatum anni tenor in orbem redeuntiũ: omnium ille quidem rerum fœcunditate præditus: æſtates deinceps hyemesq; referens temporibus deſtinatis: ſimul dies & noctes inoffenſis uicibus alternantes, è quibus menſes annusq; conficitur. Ac magnitudine quidem ambitum longe ſummũ complexus, motu perniciſſimo circumagitur, claritate ſynceriſſima præditus: ui etiam potẽtiaq; fretus exorte ut ſenij ſic interitus. Hic omnium animantium naturas tum aquatilium, tum pedeſtrium, tum etiã in elemẽto ſpirabili uictitantium ſegregat: ijsq; ſpatia uitæ ſuis admetitur motibus. Ex hoc animã ducunt omnia: ab hoc animam habent animantia: ex hoc deniq; miracula rerum nouarum exiſtunt, quæ ſtatis temporibus efficiuntur. Vis uentorum omniuaga in ſe ipſa conflictatur: fulmina è cœlo cadunt: pluuiæ procelloſæ atq; ſtupendæ ſubitos fragores edũt. Vnde fit ut & ui humoris expreſſa, & ui ignea difflata conſtituatur uniuerſi concordia. Iam uero terra omni genere ueſtita ſtirpium fruticãtium, riguisq; exuberans large erumpentibus, trita ueſtigijs animantium quæ in ea paſſim circumferuntur: omnia tempeſtiue proferens ex ſeſe & uegetãs, hoſpitaliq; ſinu excipiens. Cum innumeras ipſa rerum formas perferat, ab eisq; multipliciter afficiatur, nihiloſecius tamen naturam aſſeruat indomitam ſenectute, quamlibet ipſa motibus contremefacta, undis ſuperfluentibus proluta, incendijs denique inflãmata, modo hac, modo illa parte ſui. Quin etiã illa ipſa omnia cenſeri merito poſſint incolumitatis eius cauſa commode euenire, ſalutemq; illi ſempiternam præſtare. Siquidem ea motu quaſſata, cõtinuo proſiliunt uenti qui introrſus inſinuarãt: utiq;

ſpiraculis

ſpiraculis terrarum diſceſſibus patefactis, ut ſuperius dictum eſt. Imbribus etiam tum expurgatur, cum omnia peſtifera in ea abluuntur: ad ſyncerioremq́ꝫ conſtitutionem ſuper ſubterq́ꝫ tum reducitur, quum auris perſpiratur. Et conflagrationes quidem quod concretius eſt terræ, cõcoquunt: congelationes item quod inflammatum eſt, id attemperant ipſæ atq́ꝫ remittunt. Ac ſingularum quidem rerum aliæ oriuntur, aliæ uegetantur, & aliæ occidunt: cum interim ortus compeſcant graſſanteis interitus, ruſusq́ꝫ interitus rerum leuent ortus exhuberanteis. Vnica uero ex omnibus conflata incolumitas permanet ipſa in æuum: quum inter ſe rebus ex aduerſo obſiſtentibus, & cedentibus uiciſſim atq́ꝫ præualentibus uniuerſitas conſeruetur in ſempiternum, noxam nullam cõtrahens. Reſtat ut ſummatim de cauſa diſſeramus, quæ cunctarum ipſa rerum uim habet tutricem & continentem, quemadmodum cætera perſtrinximus. Flagitij enim inſtar eſſet, cum de mundo dicere inſtituerim, tractatu ſi minus exquiſito fortaſſe, at certe qui ſat eſſe poſſit ad formulam doctrinæ craſſiorem, intactam præcipuam mundi partem principemq́ꝫ præterire.

Vetus igitur ſermo eſt, à maioribusq́ꝫ proditus *De Deo.* inter omnes homines: uniuerſa tum ex Deo, tum per Deum conſtituta fuiſſe atq́ꝫ coagmentata: nullamq́ꝫ naturam ſatis inſtructam ad ſalutem eſſe poſſe, quæ citra Dei præſidium ſuæ ipſa demum tutelæ permiſſa ſit. Quocirca ueterum nonnulli eo uſque prouecti ſunt, ut hæc omnia dictitarent Deorũ eſſe plena, haurirîq́ꝫ eorum ſpectra ab hominibus, oculis & auribus, reliquisq́ꝫ ſenſibus: Sententiæ illi quidem fundamenta iacientes diuinæ fortaſſe potentiæ, non item diuinæ naturæ congruentis. Etenim cunctorum quæ rerum natura complectitur, cũ ſer-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

uator eſt Deus,tum uero quæcunq; in hoc mundo quoquo modo perficiuntur, eorum omnium idem genitor eſt:non ſic tamen, ipſe ut opificis in morē, animalisq; laſſitudinē ſentientis, labore affici poſſit:ut qui ea facultate utatur, quæ nulli cædat difficultati, cuius ipſe ui facultatis omnia in poteſtate continet:nec minus etiam quæ longius ab ipſo uidentur eſſe ſummota. Summā igitur & primam ſedem mundi ſortitus,ea de cauſa ὕπατος, quaſi ſupremus appellatus eſt: & (ut inquit Poëta) in ſummo culmine uniuerſi cœli ſuum habet ipſe domicilium ſitum & collocatum. Maxime uero uim eius ſentit, numineq; eius ante omnia fruitur id corpus quod proxime eum ſitum eſt: tum quod ſecundum ab hoc ſitum habet,& unumquodq; deinceps, pro ut ſituum ordo ad noſtrum uſq; locum natura conſtitutus eſt. Quo fit ut & terra & terrena omnia, quàm lōgiſſime ab diuinitatis adminiculatione abſcedunt:tam infirmitate ſumma ſint ipſa, concinnitatisq; ſibi conſentaneæ maxime expertia:atq; ideo multo tumultu exagitata. Atqui cum ita ſit numen diuinum natura ſua comparatum, quoquo ut uerſus permeet:nimirum ea in quibus ipſi uerſamur,ac nobis ſuperiora, pro eo quantus eſt acceſſus ad Deum,uel abſceſſus ab eo, eius opitulationē quoq; ſentiunt. Proinde id præſtabilius eſſe cenſemus, Deoq; tum decentius tum magis cōſentaneum, ita de eo opinari,ut dicamus, poteſtatem illam in cœlo ſedes ſuas habentem, incolumitatis cauſam rebus uniuerſis præſtare, ĳs quoq; quæ longius ab ea remota ſunt:Nec illis aſſentire,qui eam ipſam poteſtatem per omnia pertendentem, & uentitātem ad ea quoq; quæ nec adire ipſam honeſtum eſt, nec dictu ſpecioſum, ſua illic opera efficere contendunt, resq; terrenas adminiſtrare. Atqui ne ex hominum quidem

Dei domiciliū

quidem principum dignitate eſſe dixeris, cuilibet operi incumbere:ut(uerbi gratia) exercitus ducis, aut urbis præfecti,atque etiam domus primarij diſpenſatoris, ſi faſciculum ſarcinarium componere, aut uiliorem aliquam operam obire uſu uenerit ut neceſſe ſit:cuiuſmodi munere,magni regis tempore, ne quoduis quidem mancipium eius facile obiuiſſet. Quippe (ut proditur) uiſenda quædam ſpecies Cambyſis,Xerxis,& Darij regnantium,in exquiſitum maieſtatis faſtigium exornata erat cõpoſitaq; magnifice, omnibusq; numeris uenerationis auguſta. Et quidem(ut fama eſt) Suſis ipſe aut Ecbatanis ſedibus collocatis,procul hominum cõſpectu regiam ſanè admirandam obtinebat,ambitu ſeptã auro, electro,eboreq; fulgẽti. Cui ueſtibula multa erant atriaq; cõtinentia:multæ uero ianuæ, multorum ſtadiorum interſtitijs ita dimenſæ inter ſe atq; diremptæ, ut aditus æneis foribus murisq; magnis obſtructi atque muniti eſſent. Tum autem uiri principes & lectiſſimi in ſtationes digeſti erant atq; decuriati recte atq; ordine:pars munere ſtipantium regem ipſum fungentes, ei'que famulantium: pars cuſtodes circa ſepta regiæ appoſiti (Ianitores emiſſarios'que appellabant) cum interim rex ipſe, qui idem dominus deus'que uocitabatur, omnia & uideret & audiret. Ab his item erant alij uectigalium quæſtores obuentionum'que conſtituti: alij duces tum bellici, tum uenatores: alij coactores munerarij: alij denique munerum reliquorum curatores,prout uſus ratioq; adminiſtrandarum rerum ferebat. Tum autem uniuerſum Aſiæ imperium, Helleſponto quidem ab occidentis partibus terminatum, India autem ab Orientis, regunt pro poteſtate prætores, præfecti, & reguli, ſerui regis ipſius qui magnus appellatur. Curſores

Regis magni faſtigium.

b 4 ſores

ſores etiam exploratores'que,ſtatores,& cuſtodes ſtationarij:& deniq; ſpecularij excubitores. Quorũ erat ipſorum is apparatus, ea deſcriptæ collocatio nis ratio,tam rato ordine uices munerum conſtitu tæ: & præſertim eorum qui ignes edere prænun‑cios,& tollere è ſpeculis ſoliti ſunt, deinceps in aliã illi quidem ex alia dantes accipientesq; ſignum in orbem: abuſq; finibus imperij aduſq; Suſa & Ecba‑tana, quicquid rerum nouarum quiſquam in Aſia moliretur aut inceptaret, rex ut ipſe uno die reſci‑ſceret. Atqui ſtatuere nos oportet,magni ipſius re‑gis faſtigium,præut quidem eſt Dei eminentia, qui pro poteſtate mundum tanquam prouinciam obti net, tam eſſe infimum, quàm eſſet ſummum hoc ipſum regis faſtigium, ſi cum animante quodam uiliſſimo atq; infirmiſſimo componeretur. Quapro‑pter ſi è dignitate regis haudquaquam eſſet, Xer‑xem functione propria adminiſtrare omnia & ab‑ſoluere, quæcunq; facta cuperet, ne ipſum quidem operibus faciendis inſtantem curatoris operum officio perfungi:longe id nimirum minus Deo con uenit. Quare auguſtius id decentiusq; exiſtiman‑dum eſt:Deum ſummo in loco ita eſſe collocatum, numinis ut tamen eius uis per uniuerſum mũdum pertinens, tum Solem Lunamq; moueat, tum cœ‑lum omne circumagat:ſimulq; cauſam præbeat eo‑rũ quæ in terra ſunt,ſalutis atq; incolumitatis. Neq; uero illi ipſi itidem ut principibus mortalium,opus eſt aut artificioſa molitione, aut alieno miniſterio: quando ij propria infirmitate præditi, operarum decurias rebus conficiendis, & numeroſas manus adhibent. Illud autem diuinitati maxime conſenta‑neum, ut formas rerum omnium citra difficultatẽ, ſimpliciq; motu abſoluat: non ſecus atq; illi machi‑natores ſolent, qui inſtrumento uno demittendo multos

multos & uarios effectus edunt: aut ut illi præſtigiatores faciunt, quos νευροσπάστας ob id appellant, quód imagunculas animatas eſſe fidiculis ductitandis ementiuntur. Qui cum funiculum ipſi aut neruum adduxerũt, cieri ceruicem & manum quaſi animantis ſimulachri, humerumq́; itidem & oculum faciunt, interdum etiam omnia membra: idq; quadam cum uenuſtate atq; æquabilitate motus. Hoc igitur modo natura diuina ab uno eodemq́; ſimplici motu primo, uim ſuam immittit in ea quæ ſunt primo continentia, ab illisq́; ſubinde in ea quæ longius atque longius abſunt, quoad permeauerit per uniuerſa. Quippe alterum ab altero motum, rurſus ipſum quoq; aliud mouet cum mundo: quum unumquodq; interim agat conuenienter conſtitutioni ſuæ, nec tamen eadem ſit uia omnibus, ſed diuerſa, nonnullis etiam contraria: tametſi primus illis uelut ad concentum atq; æquabilitatem auſpicatus, natura ſit comparatus ad unum motum, ſimiliter atq; ſiquis ex eodem uaſe ſimul iaciat globũ, teſſeram, turbinem, & columellam. nempe unumquodq; eorum accommodate ſuæ formæ mouebitur: Aut ſi quis animal unum aquatile, aliudq́; terreſtre, & aliud uolucre è ſinu ſuo emittat. Planum eſt enim quod natatile eo proſiliens enatauerit, ubi ei commodum eſt uictitare: terreſtre ad ſuas ſedes paſcuaq́; ſua erepſerit: at aërium è terra ſublime raptũ euolauerit, una utiq; eademq́; prima cauſa propriã eorum unicuiq; aptitudinem reddente. Eademq; ratio eſt in mundo. Siquidẽ ab una cœli uniuerſi conuerſione, quæ die noctuq; finitur, aliæ atq; aliæ permeationes fiunt. Quumq; uno omnia coërceantur globo, pars tamen celerius, pars mouetur tardius: nimirum interuallorum longitudine & ſingulorũ opificio eam differentiam efficiente. Et Luna quidem

νευροσπάσται

De planetarũ curſibus. dem menſe ſuũ peragit orbem, augeſcens uiciſſim, imminutaq; & tabeſcens. Sol anni ſpatio ſuum orbem metitur: & qui eum æquant curſu Lucifer & Mercurius. Pyrois ſpatio altero tanto maiore. Iouis ſtella ſpatio Pyroëntis ſexcuplici. Vltima, Saturni quæ dicitur, tempore ſeſquiplo maiore quàm quantum eſt id quo circũagitur illa quæ infra ipſam eſt proxime. Qui uero ex omnibus concentus exiſtit conſonantibus in cœlo chorumq; cõficientibus, ut ex uno ille quidem oritur, ita in unum deſinit.

κόσμος Vniuerſumq; ipſum commodius *κόσμον* nominaueris, id eſt compagem rerum compoſitam, concinno'que ordine digeſtam, quàm *ἀκοσμίαν*, id eſt congeriem confuſam & inconditam. Quemadmodum porrò fit in choro, ut auſpicanti præſuli aut præcentori accinat omnis chorus è uiris inter dum fœminisq; compoſitus, qui diuerſis ipſi uocibus, grauibus ſcilicet & acutis, concentum attempe rant: eandẽ ipſi rationem ſtatuimus & in Deo, qui uniuerſum mundum moderatur & regit. Et ſidera enim ſemper, & uniuerſum ipſum cœlum eos ad numeros mouẽtur, quos Deus ſurſum quaſi auſpicando præcinendoq; emodulatur: quem à ſimilitudine ſanè congrua *κορυφαῖον* mundi rectè appellaueris, quaſi præſultorem ipſum huiusq; chori magiſtrum. Geminis autem itineribus Sol ingreditur, lumine ſuo cuncta quoquouerſus colluſtrans: diem noctemq; altero itinere diſterminans, ortu ſuo ſcilicet & occaſu: altero quatuor anni tempora ſecũ ductitans, ultro citroq; per cœlum perreptando, nunc Aquilonius ipſe, nunc Auſtrinus. Quid dicam pluuias tempeſtiue exiſtentes, uentos & rores, omneisq; permotiones quæ in aëre eueniunt à principe rerum cauſa atq; primordiali? Adde fluminum lapſus, maris æſtus intumeſcenteis, enaſcentiũ

Chorus.

Coryphæus.

arborum

arborū incrementa,frugū maturitates,fœturas ani-
maliū:deniq; uegetationes rerū omniū, adoleſcen-
tium primū,deinde tabeſcentiū:eodē accedentibus
cauſis(ut dictū eſt)à cōſtitutionib.ſingulis rerū atq;
opificijs.Itaq; ille omniū princeps parensq;, animi
tātum ſenſu ſpectabilis,ſimul ac ſignū naturis dedit
inter cœlū terramq; uehentibus : earū unaquæq; in
orbib. ſuis iugi motu cietur atq; intra ſuos limites,
alternis cōdita atq; apparens:ſexcentas illa formas
eodem à principio exhibens, uiciſſimq; ſubducens.
Quod uero in hiſce rebus agitur,magnopere ſimi-
le eſt ijs, quæ belli tēpore inter homines factitātur.
Nanq; ſtatim ut claſſicū exaudiri in exercitu cœptū
eſt,alios ipſe uideas ſcuta ſibi aptantes,loricā alios
induētes,alios ocreas uel galeā ſumere, uel balteo
ſe cingere feſtinanteis. Rurſus uideas qui frenatos
equos admittāt,alios qui currus cōſcendant,qui de-
niq; teſſerā per explicatā aciē prodāt. Tū manipuli
ductor,ad manipulū, Cēturio excurrit ad centuriā.
Poſtremo equites ad cornu, uelites ad ſtationem
quiſq; ſuā feſtināt. Cū interim ſub uno ductore om-
nia moueātur, qui imperia & ipſe ſignificanda acce
pit ab eo apud quē ſumma eſt imperij.Eodē nos &
ipſos modo cēſere cōuenit de Vniuerſo.Quū enim
ab una ui impultrice cieantur omnia,fit utiq; quod
cuiq; cōmodū eſt & conueniens. Nec uero ſi ea uis
ipſa,nec cerni ab hominib.nec apparere poteſt:quo
quo pacto id obſtat,aut illi ad ea quæ diximus agē
da,aut nobis ad fidē hiſce rebus accōmodandā.Nā
& anima ipſa qua uiuimus, qua urbes, qua domos
habitamus, cū haud quaquā ſub aſpectū noſtrū ſita
ſit,operib.tamē ipſis uidetur. Omniſq; uitæ cultus
nitorq; ut ab ea inuētus eſt & deſcriptus, ita ex ea
tenorē ſuū ſeruat:Terræ cultura & cōſitio,artiū ex-
cogitationes,uſus legū,reip. recte atq; ordine con-
ſtitutæ

ſtitutæ ratio, adminiſtrationes ciuiles, bellum extra fines patriæ, & rurſus pax in ea. Proinde hæc etiam de Deo ſentienda nobis ſunt, illo quidem ſi uim ſpectes, ualentiſſimo: ſi decorem, formoſiſſimo: ſi uitam, immortali: deniq; ſi uirtutem, præſtantiſſimo. Quapropter cum ſit inconſpicabilis naturæ omni interituræ: ipſis nihiloſecius ipſe cernitur ab operibus. Atq; ea quidem quæ in aëre fiunt quoquo modo affecto, quæ in terra, quæ in aqua, ea certe Dei opera eſſe merito dixerimus: Dei inquam opera cũ imperio ſummo mũdum ac pro poteſtate obtinentis. Ex quo Deo, ut inquit Empedocles phyſicus,

Omnia quotquot erunt, quot ſunt præſentia, quotq;
Orta fuere antehac, ſtirpes hominesq; feræq;:
Inde etiam uolucres, piſcesq; humoris alumni.

Enimuero non tam abſurda quàm puſilla cõparatio (ut opinor) fuerit, ſi mundum cum illis lapidibus componamus, qui in operibus fornicatis, forſicis in modum diſpanſi conformati ſtructura ſeſe interſecante, umbilici uocantur. Etenim ij lapides in medio collocati, qua parte ſcilicet utroque uerſus ſtructura arcuata pandatur, quaſiq; oneri cedit: in cohærentia cõtinent, atq; in conſtructione ordinata totam formam operis, immobilemq; aſſeruant. Fama eſt etiam Phidiam illum ſtatuarium, quũ Mineruam illam quæ eſt in arce, coagmentaret, in medio eius ſcuto faciem ſuam expreſſiſſe, oculosq; fallenti artificio ita deuinxiſſe ſimulachro, eximere inde ut ipſam ſiquis cuperet, minime poſſet: aliter quidem certe quàm ut ipſum ſolueret ſimulachrum, opusq; eiuſmodi compactile confunderet. Hãc eandem igitur rationem Deus habet in mundo, utpote qui uniuerſorum coagmentationem cohærentẽ cohibeat & coarctet, incolumitatemq; Vniuerſitatis conſeruet: niſi quatenus non medio illo loco, in

Vmbilici. *Phidias.*

terra

terra ſcilicet, ubi turbida regio eſt: ſed in excelſo ſitus eſt, purus ipſe in puro loco. Quem locum tum οὐρανὸν ab origine uocis dicimus, quaſi terminum extimum ſupremorum corporum: tum etiã Olympum, ut uſquequaq; lucidum, ab omni caligine ſecretum, motuq; omni incõdito, cuiuſmodi ſunt qui apud nos uenti fiunt & tempeſtates. Id quod his uerbis ſignificat Homerus:

οὐρανὸς ὅρος τις ὢν τῶν ἄνω

Olympus.

Eſſe ſolum diuis ſubnixum ſemper Olympum
Fama eſt, haud uentis tremefactum, haud imbribus udũ
Ac procul à niuibus ſubductum: nubibus illinc
Splendida ſummotis candensq; expanditur æthra.

Huius autem rei elogium eſt mortalium conſenſus, regionem mundi ſummam non dubie Deo tribuentium. Quam ob cauſam ipſi manus tollimus ſurſum inter uota cõcipienda. Qua ratione nec male illud quoq; ab eodem poëta pronunciatum:

Cœlum ſorte tulit ſimul æthera Iuppiter altum.

Quin etiam quæ maxime eximia ſunt inter res ſenſu perceptas, eundem illa locum obtinent, ut ſidera, ut Sol & Luna. Vnde fit, ut cœleſtia cõcinno ordine digeſta, ſuas ipſa uices cõſeruent perennes & conſtitutas, nulliq; obnoxias mutationi. Longe illa ſecus atq; terrena: quæ ita natura comparata ſunt, ipſa in alias ut ex aliis affectiones tranſeant, fieriq; identidem altera atq; altera nõ reſpuant. Certe contigiſſe aliquando conſtat, ut terræmotus uiolentia terra ipſa multis in locis diſceſſerit, indeq; hiatus extiterint: ut imbres ui maiore ruentes, diluuiũ in terram intulerint: ut excurſiones undarum receſſusq; tum continentes mari obruerint ſæpenumero, tum ruſus maris alucos adiecerint continentibus: ut uis flatuum & uerticum oppida funditus diſturbarit: deniq; ut incendia atq; inflammationes

tiones aliquæ ſuperne delapſantes, partes orbis exuſſerint uerſas ad Orientem, ut Phaëthontis tēpore contigiſſe dicitur: quædam etiam ut è terra erumpentes ueluti expirabundæ idem fecerint, ut quum crateres Aetnæ abrupta terra patefacti, conflagrationem emiſerunt inſtar torrētis per terram graſſabundam. Quo tempore qui è mortaliū genere pietate erant imbuti, hi à numine diuino eximio honore ingentiq; affecti ſunt. Siquidem iuuenes & robore ualentes, cum parentes ſuos ætate iam cōfectos humeris ſuſtuliſſent, igneo flumine iamiam opprimendi, in eo erant ipſi ut interirent: cū ecce flumen ipſum ita ſe ſcidit, ut huc & illuc diuerſi fluctus digrederentur, iuuenesq; intactos cū ſenibus trāſmitterent. Vt uero ſummatim iam loquamur, quod in naui gubernator eſt, quod in curru agitator, quod in choro præcentor: quod deniq; lex in ciuitate, & dux in exercitu, hoc Deus eſt in mundo. Niſi ſi hactenus intereſt, quod labor & motus multiplex illos exercet, & curæ angunt uariæ: cum huic illaborata ſuccedant omnia, omnis moleſtiæ expertia, citraq; corporis infirmitatem: quippe cui in loco ſtabili immotoq; collocato, omnia mouere & circum agere pro arbitratu liceat quo libitum eſt cunq;, & quo modo libitū eſt: idq; diuerſis in formis ſimul atque naturis. Id autē ratione ſimili facit ille atq; lex ciuilis, quæ immobilis ipſa exiſtens in utentiū animis, regit omnia ad remp. pertinentia. Et ciues quidem quaſi eius aſſeclæ in mediū prodeunt: qui autē Principes uocātur, ad prætoriū ſe cōferunt: Legiſlatores ad propria tribunalia: Senatores denique, & qui cōcionatores dicūtur, ad cōſeſſus ſibi contributos cōueniūt. Rurſus is in Prytaneū it, cui ſcilicet id datū eſt, in eo ut publico uictu epuletur: alter rapitur ad iudicium, cauſam ut ibi dicat: in carcere alius

Crateres Aetnæ patefacti.

Mirum dictu.

Lex ciuilis.

compingitur, ut ſupplicio afficiatur illic. Tum uero epulones in ciuitate celebres ad epulas legitimasq; conueniunt. Iam uero agũtur dies feſti, iam ludicra ſolennia: iam anniuerſaria ſacrificia fiunt diuis, heroësq; ritu ſuo coluntur: poſtremo inferiæ mortuis inferũtur. Sic alia ab alijs facta uno uel imperio, uel legis una authoritate, aſſeruãt eũ qui obtemperat.

Sic urbs ſimul plena eſt uaporibus ſacris,
Reſonatq; cantibus pijs ac luctibus,

Hoc idem de urbe quoq; maiore, de hoc inquã mundo, exiſtimare debemus. Deus enim nobis lex eſt, in omnem illa quidem partem ad æquilibriũ uergens, nullam correctionem admittens, nullam uarietatem. quippe quæ potior ſit illis legibus & ſtabilior, quæ in tabulis perſcriptæ ſunt. Eius enim auſpicijs perenniter & compoſite præeuntis, uniuerſus hic cœli ordo regitur atq; adminiſtratur, numeros omnes concinnitatis habens: in omneis ipſe naturas partitus pro uniuerſitate ſeminum, in ea quæ hærent ſolo, atque in animantia, quæ etiam ſuis ipſa generibus formisq; diſtincta ſunt. Nam & uites fiunt & palmæ, & perſeæ, ficiq; dulces, & oliuæ, ut inquit Poëta: Tũ quæ fructus expertes, alios uſus præſtant, platani, pinus, buxi, alni, populus etiã nigra, & cupreſſus odorata: Tũ quæ autumni tẽpore fructũ ſuauem fundunt, ſed conditu difficilẽ, piri, punicæ, mali. At uero animãtiũ aliæ feræ ſunt, & aliæ cicures: tum in aëre, tũ humi, tum in aqua uictitantes, oriunturq; & inualeſcũt, & deinde intereunt, legibus obtẽperãtes diuinis atq; cedentes. Omne enim reptile (ut inquit Heraclitus) terrã depaſcitur atq; poſſidet. Vnus porrò Deus cũ ſit, pluribus nominibus appellatus eſt: ab ĳs utiq; ſuis omnibus effectibus denominatus, quorum ſpecimen edere ipſe ſolet. Atq; eum quidem tum *ζῆνα* tum *δία* uocant,

Deus pluribus nominibus nominatus.

τὸν ζῆνα καὶ τὸν δία, δι' ὃν ζῆν ἰσί. cant, inter ſe compoſitis utentes nominibus, atque è regione collocatis: tanquam duabus his uocibus ſignificare uelint, per quem uiuimus. Is Crono, id eſt Saturno, & chrono, id eſt tempore ortus eſſe dicitur: nimirum ab æuo ſempiterno ad alterum æuũ pertinens. Vocatur & Fulgurator, & Altitonans, & Aetherius, & Fulminator, & Pluuius: à pluuijs utique & fulminibus, alijsq́ operibus, è quibus uocabula ipſa deducta ſunt. Quin & Frugipotens & cuſtos urbium uocitatur, & Natalitius, Septitius, Cortalis, Gentilitius, & Patrius: uidelicet à communione quæ diuino ipſi numini ijs cum rebus intercedit. Ad hæc Sodalitius & amicitiæ præſes, tum Hoſpitalis, Caſtrenſis, Trophæalis, Expiator, Sanguinarius, & Supplex, & Placabilis, ut Poëtæ loquũtur: deniq́ Seruator dicitur & Aſſertor: & (ut ſemel omnia complectar) Cœleſtis & Terrenus, ab omni natura ſorteq́ nomen adeptus, utpote qui omnium rerum author ſit. Quãobrem quæ de ipſo in Orphicis carminibus dicta ſunt, haudquaquam perperam dicta ſunt. Equidem Neceſſitatem ipſam etiam nihil aliud quàm Deum dici cenſuerim & intelligi: cui ἀνάγκη ἀκίνητός τις οὖσα. ἀνάγκη ex eo nomen eſt, quòd natura quædam ſit immobilis. Eundemq́ εἱμαρμένην, id eſt fatum, dictum à ſerie rerum cõſerta, inoffenſoq́ tenore procedente. Quod alio nomine πεπρωμένην ideo appellauerunt, qaod ab eo omnia terminata ſunt, ac nihil in rerum natura infinitum eſt. Quin & μοῖραν, id eſt ſortem, appellatum eundem Deum à partitione rerum dixerim: Et Nemeſin, quaſi poteſtatẽ diuinam, eius quod uiſum eſt cuiq́ diſtributricem: Adraſtian etiam, quaſi cauſam quandam natura cõparatam, quam fallere nemo queat aut uitare. αἶσαν deniq́ dictum, quaſi ſemper exiſtentem. Iam quod de Parcis & de fuſo proditum eſt earum, eodem id

Margin: εἱμαρμένη. πεπρωμένη. μοῖρα. *Nemeſis.* *Adraſtia.* αἶσα, ἀεὶ τις οὖσα.

dem id etiam quodammodo pertinet. Siquidem tres Parcas priſci tria in tempora partiti ſunt: filumq́ ſuſi partim iam peractum, partim futurum, partim iam intorqueri dixerunt: earum unam ſtatuentes in eo quod iam profligatum eſt: quã Atropon ideo nuncuparunt, quoniam ea quæ iam præteriere, retrorſus agi nequeũt. At Lacheſis functio futuris deſtinata eſt. omnium enim quæ ſecundum naturam ſunt, ſors ſua quodq; manet. Præſentibus autem rebus aut inſtantibus Clothus opera attributa eſt, quæ netu unicuiq; conficit quod ſuum eſt. Hocq́ fabulamentum recte atq; ordine compoſitũ eſt. Proinde hæc omnia nõ aliud quicquam quàm Deum eſſe, planum eſt, ut eximius Plato cenſuit. Enimuero Deus (ut eſt uetuſto uerbo proditum) principium & finem, & media rerum omnium tenens, rectaq́ linea incedens, operatur ille quidẽ ſecundum naturam, è ueſtigio comitem habens Iuſtitiæ præſidem, quam δίκην nominauerunt, diuinæ legis uindicem, ſimul ut quicquam ſanctionum eius prætermiſſum eſt. Cuius ut ſit particeps numinis iam inde oportet ab initio, qui ad uitam beatam euaſurus eſt atq; felicem. Tres Parcæ. Atropon Lachesis Clothus Δίκη.

FINIS.

PHILONIS

LIBER DE MVNDO.

NIHIL in rerum natura proditum eſt Deo æquiperandũ. Vnus eſt enim ipſe princeps, dux, & rex, cui pro imperio regere uniuerſa, adminiſtrare'que ius eſt. Nam illud Homericum,

Non bona multiplici dominatu conditares eſt
Publica, rex unus, dominator & unicus eſto.

Non de ciuitatibus magis & hominibus, quàm de mũdo deq; deo dictum, par eſt ut intelligamus. Vnius enim mũdi factorem eſſe unum, dominumq; unum neceſſe eſt. Hoc igitur confeſſo ac poſito, deinceps nobis attexenda, quæ ei ſunt cõſentanea: quæ cuiuſmodi ſint ipſa, hinc iam conſideremus.

Vnus ipſe deus cum ſit, duas habet ſupremas poteſtates, per quas mundus ille coagmentatus eſt intelligibilis atq; incorporeus. Qui huius mundi conſpicui exemplar eſt primigeniũ, formis ille quidem cæcis conditisq; conſtitutus, ut hic qui oculis cernitur. Quo euenit, ut nonnulli mortales mũdi utriuſq; naturam ad ſtuporem uſq; ſuſpicientes, non totos illos ſolum uelut deos, ſed etiam eorum partes pulcherrimas conſecrarint, Solem inquam & Lunam, uniuerſumq; cœlum, quæ nihil illi ueriti ſunt, quominus deos appellarent. Quorum animi ſenſa *Moſes.* Moſes perſpiciens: Domine (inquit) deorum rex, ſignificare ille quidem uolens præſtantiam principis

præ

præ ſubditis. Ille etiam Iudæorum gentis author antiquiſſimus, Chaldæorum gente oriundus fuit, Aſtronomo parente, eorumq; uno qui artium mathematicarum ſtudio incubuerunt, quiq; deos eſſe ſtellas arbitrati ſunt ut uniuerſum cœlū mundumq;, eorum ui quod recte, quodq; ſecus contingit, eueni re ipſi cenſentes: utpote qui nullam eſſe cauſam extra ea exiſtimarent quæ ſenſu percipi poſſunt. At hoc quidnam eſſe fœdius, quidnam conuincere & demonſtrare poteſt luculentius ignauiam degeneris animi per ſcientiam multorum, & ſecundorum, & genitorum, ad inſcitiam tendentis unius, uetuſtiſſimi, ingeniti, omniumq; fictoris, atque eam ob rem optimi, propterq; alias ſexcentas, quæ magnitudine ſua excedunt humanæ ratiocinationis modum. Quem Chaldæus ille mente conceptum, cum ut deum ſuſpicere cœpiſſet, religioniq; habere: ſolum quidem ipſe patrium uertere inſtituit, genusq; ſuum ac larem paternum pro derelicto habere. Probe enim nouerat, quod ſibi illic manenti, fallacis opinionis occurſus, quæ deorū multitudinē aſtruit, notionem incommodam attuliſſent ad unius dei inuentionem, qui ſolus eſt æternus, aliorum omniū parens, intelligibilium iuxta ſenſibiliumq;. ſin inde migrare inſtitiſſet, emigraturam quoque ab ſe intelligebat rationis impoſturam. Hac ille ratione uanitatem opinionis uertit in ueritatem, cum eo quoque quòd oracula cœlitus ipſi edita denuo deſiderium in ipſo exuſcitarunt, quo ſuapte ſponte flagrabat, cognoſcendi id quod eſſe dicitur. Quibus ille oraculis deductus, in unius ueſtigationem ibat ſtudio quàm accuratiſſimo. Neq; uero eius cōtentionis quicquā ipſe ante remiſit, quàm mēte ipſe cōcepit ſpeciē clariorē: nō illā quidē naturæ eius & eſſentiæ (Etenim hoc maius eſt, quàm ut id aſſequi

Abraham.

quiſquam poſſit) ſed ſubſtantiæ atq; prouidentiæ. Quamobrem princeps ille crediſſe deo dicitur, quando princeps ipſe ſtabilem & exquiſitam opinionem habuit, ſupremam unam eſſe cauſam, mundi eorumq; quæ in mundo ſunt prouidentem. Quũ enim rerum ſubſtantiam confuſam & permixtam, ex incondita illa congerie in ordinem, atq; ex indiſcreta cõfuſione in diſcrimen redigere uolens mundi fictor, digerere eam atq; ordine conſtituere cœpiſſet, terram quidem & aquam in medio fibris ſuis conſtabiliuit: aëris uero ignisq; ſtirpes ſublimes è media regione ſuſtulit: ætherium locum in ambitu communiens, limitemq; eorum faciens quæ intus ſunt, & tanquam præſidium. Quare ὀυρανὸς, id eſt cœlum, ab ὅρῶ, id eſt termino, nomen deductum uideri poteſt. Atq; hæ quidem ueluti propagines quædam integræ ſunt, uiuiradicesq; uniuerſi. Prægrandis uero ſtipes atq; fœcundiſſimus eſt hic mundus, cuius uelut ſoboles adfruticans, germina illa ſunt à nobis ſupradicta. Vbinam igitur radices egerit, & quænam ſit eius baſis, conſiderandum, ſuper qua baſi ſtatuæ in modum affirmatus eſt mundus. Eſt autem ſimile ueri corpus nullum erraticum extra eſſe relictum, quum deus uinuerſi materiam opificio concinnatam ordine digeſſerit: conſentaneũq; fuit maximo opifici omnium operum maximum omnibus numeris abſolutum fingere. Atqui abſolutiſſimum eſſe non potuit, ut non abſolutis quoque partibus compleretur. Quocirca ſi ita hic mũdus compactus eſt, ut uniuerſæ materiæ nihil, ne tantulum quidem, extra relinqueretur, neceſſe utique uel inane extra uel nihil eſſe. Quod ſi inane, quo tandem modo plenum mundum & denſum, omniũq; rerum grauiſſimum, libratum eſſe in inani compertum eſt, ſolidoq; nullo nixum? Certe uiſo ludificanti ſimile

Ουρανός. (margin, beside "ſunt, & tanquam præſidium")

Baſis mundi. (margin, beside "rit, & quænam ſit eius baſis")

ti ſimile id uideri poſſit, quærente ſemper cogitatione ſedimentum aliquod corporeũ: cuiuſmodi cum omne quod mouetur habere rationi eſt cõſonum, tum mundum præcipue, quod corpus omnium corporum maximum eſt: quippe quod aliorum corporum congeriem in ſinu ſuo tanquam proprias partes gerit. Quare ſicui effugere propoſitum eſt identidem recurſanteis huius quæſtionis difficultates, ne uereatur ille dicere & aſſerere, nihil ita ualidum eſſe, duntaxat eorum quæ in materia ſita ſunt, ut mundum geſtare queat. Eſſe uero ille dicat ſempiterni dei legem æternam, fulturam firmiſſimam uniuerſorum & certiſſimam. Hæc lex à medijs ad extrema, & à ſummis ad media protenſa, inuictũ naturæ curriculum quaſi Circenſe peragit, coagmentans omnes mundi partes & aſtringens. Etenim uinculum infractum uniuerſi eam fecit ipſe parens qui genuit. Proinde conſentaneum eſt dicere, nec terram omnem diſſolutum iri ab aqua, quam intra ſinus ipſa ſuos concepit; nec ab aëre ignem extinctum iri: nec uero aërem ab igne conflagraturum: utiꝗ lege diuina pro confinio aëre collocato. Hac igitur ratione ſtirps illa fertiliſſima ſuis cum radicibus condita, actis ipſis radicibus affirmata eſt. At uero ſingularum ſtirpium partim tranſitu mouentur, partim citra tranſitionem condita ſunt, ut eodem in loco manſitãtia. Et quæ tranſitiuo quidem motu utuntur, quæ nos animantia dicimus, ea amplioribus uniuerſi partibus acceſſionis uice ceſſerunt: Terræ quidem terreſtria, aquæ natalitia, aëri uolucria, deniꝗ cœlo ſtellæ. Enimuero in terra, in aqua, in aëre, fictor ipſe duplicia finxit genera, ut in aëre uolatilia, aliasꝗ poteſtates ſenſu quidem illas nuſquam nulloꝗ pacto comprehenſas. Animarum illic conuentus eſt corpore uacuarum, ordinibus *Animantia.* *Animarum conuentus*

non iiſdem deſcriptarum. Quippe alias earum cor pora ſubire mortalia, ruſuſq́ ſtatis quibuſdã temporum circuitibus inde decedere ferunt: alias cõſtitutionem diuiniorem ſortitas ab omni terreſtri ſitu cogitatione abhorrere. At quæ ſint earũ puriſſimæ, eas uero opinio eſt excelſiſſimo in loco apud ætherem ipſum ſtationẽ habere. Quas qui in Græcia philoſophari inſtituerunt, Heroas appellauere. At Moſes appoſito nomine uſus, Nuncios appellauit, legatione utiq́ functitanteis atq́ internuncias: ſubditis quidem bonorum à principe manantiũ indices, principi uero ipſi regiq́, operarum commode ſibi ab illis nauatarum. Illas porrò corporibus cõcretas, perinde in corpus ut in flumen delapſas, interdum fluctuantis aquæ uortice rapi & abſorberi: interdum impetum illum eluctatas indeq́ exiſtentes, retro deinde ſubuolare, unde erant profectæ.

Heroës. *Angeli.*

Atq́ hæ quidem eorum animæ ſunt, qui philoſophiæ olim ſtudio conſtanter indulſerunt, à principio quidem illæ ad finem commẽtatæ de uita eam ob rem cum corpore defungenda, uitam ut adipiſcãtur incorpoream, interituſq́ neſciam, apud eum qui interitus ipſe neſcius eſt & ingenitus. At uero illæ demerſæ, eorum ſunt hominum, qui ſapientiæ rationem nullam habentes, ſemetipſos fluxis rebus fortuitiſq́ dediderũt. Quarum rerum nihil eſt quod ad mentem pertineat aut animam, omnia uero ad emortuum illum noſtrum referantur, qui cum coaleſcimus: corpus inquã, ad eaq́ inſuper quæ inanimatiora ſunt ipſo, ad gloriam inquam, ad opes, ad magiſtratus atq́ honores: quæq́ alia ipſi opinione fallaci circumuenti imaginantur & pingunt, quibus haud unquam contigit ipſis ea cernere quæ ad normã ueritatis pulchra ſunt & honeſta. Animas igitur & lares, ſiue genios & nuncios (ſic dæmonas & ange-

...imæ philoſophorum. *Corpus.*

& angelos appellant) nomine differẽtes, cæterum *Angeli & dæ-*
unum tute idemq́ ſubiectũ eſſe animaduertens,gra *mones.*
uiſſimum onus depoſueris, quam ſuperſtitionẽ uo-
camus. Quemadmodum enim bonos genios ma- *Superſtitio.*
losq́ uulgus appellat,& animas itidem bonas ma-
lasq́, ſic angelorum quoq; alios uaticinio & prædi
ctione dignos, quoſdam uelut legatos hominũ ad
deum,deiq́ rurſus ad homines, ſacroſanctos tu qui
dem excubitores exiſtimans propter hanc ipſam
innocentem honeſtiſſimamq́ muneris functionem:
alios rurſus eorum profanos iudicans uaticinioq́
indignos,non ſanè perperam ipſe iudicaueris.Huic
meæ ſententiæ hymnorum author ille aſtipulatur
dicens:Emiſit in eos iram excandeſcentiæ ſuæ per
nuncios prauos. Porrò autẽ in aqua mũdi opifex
tum animãtia finxit natalitia, tum ea quæ ζωόφυτα, *ζωόφυτα.*
quaſi plantanima uocant, ab natura inter animal
plantamq́ ambigua:in terra uero animantes finxit
terreſtres cũ ſtirpibus.Verũ ſtirpes in caput merſas
fecit,earũq́ capita in imo terræ defixit. At animan
tiũ brutarũ capita ab humo retracta, in ceruicesq́
oblongas protenta,ita cũ ceruicib.ipſis cõpegit,ut
pedes anteriores ſcanſionis uicem obtineãt. Præ-
ſtãti uero atq; eximia cõſtitutione homo ab eo do *Homo.*
natus eſt. Siquidẽ cũ aliorũ animaliũ facies ita cir-
cumegiſſet, deorſum ut uergentes in humum pro-
cumberent,uerſa ille uice humanam faciem rectam
uoluit eſſe, ut cœlum ſuſpiceret, ſtirps ille quidem
exiſtens non terrena ſed cœleſtis, ut eſt uetuſto di-
cto proditũ.Enimuero cæteri naturæ ætheriæ par- *Mens.*
tem mentem eſſe noſtram dictitantes, cognatio-
nem homini cum æthere copulauerũt.Magnus ue-
ro Moſes formam rationalis animæ nulli eorũ quæ
genita ſunt ſimiliter nũcupauit, ut qui animam eſſe
numinis imaginem,Dei'que illius dixerit, qui ocu-

Anima Dei imago. lorum ipſe obtutum nullum admittit: ſignum Dei probum, quo imago expreſſa eſt, ex eo ille quidem eſſe ratus, quod eius ſigni forma eſt atq; nota, ſempiterna ratio. Inſpirauit (inquit) deus in faciem eius ſpirationem uitæ. Atqui eum qui admittit, ad exemplar affingi neceſſe eſt emittentis. Quo fit ut hominem factum ad imaginem Dei aiant, non etiam ad alicuius eorum quæ genita ſunt. *Triplex corpus.* Age iam hunc denuo ſermonem explanationis gratia ita exordiamur, ut corpora quædam habitum, quædam naturam induiſſe, quædam animam dicamus, quædam deniq; animam rationalem. Lapidum igitur & lignorum, quæ abſtracta ſunt à coalitu, uinculum ualidiſſimum Deus fecit habitum, *Habitus.* qui ſpiritus eſt conuerſa reflectēs in ſeipſum. Incipiens enim à medijs in extrema tenditur: cumq; ſupremam attigerit ſuperficiem, reflectitur rurſus, quoad eodem loci peruenerit, unde primum profectus erat. Atque hic eſt circularis curſus habitus. Naturam autem Deus ijs attribuit quæ radicibus hærent, eamq; attribuit cum è plurimis facultatibus attemperatam, tum uero altrice ui & genitrice. Animam etiam fictor ipſe tribus rebus finxit à natura differentem, ſenſu, uiſo (Sic φαντασίαν uocant) impetu. Etenim cum ſtirpes earum rerum exortes ſint, unūquodq; animans *Senſus.* frequēter ijs afficitur. Senſus porrò (ut nomē ipſum *αἴσθησις ἀσθεῖς τις οὖσα.* indicat græcum) illatio quædam eſt in mentem eorum quæ apparent & uidentur. At uiſum impreſſio *Viſum.* eſt in anima. Simul enim ſenſus aduentitium quippiam ſigillatim importauerit, uiſum continuo annuli modo aut ſigni notam ſuam imprimit, impreſſamq; effigiem aſſeruat penes ſeſe, quoadusq; obliuio memoriæ aduerſaria, formam ipſam uel exoletam reddat interlinendo, uel prorſus euanidam. Ipſum etiam uiſum quod imaginem inſculpſit, interdum

terdum animam proprie, interdum alio quodã mo do afficit: quæ anima affectio impetus appellatur, uel animi appetitio: ὁρμὴ græce dicitur. Quam qui finire uolunt, primum animi motum eſſe dicũt. His tot rebus animalia præſtant ĳs quæ radicibus hærent. Age uero uideamus quinam præſtat homo cæteris animantibus: nimirum eximio munere, quam mentem appellamus, qua mente omniũ ipſe naturas comprehendere ſolet tum corporum, tum rerum. Quemadmodum enim in corpore uiſus eſt longe omnium princeps (id quod in uniuerſo natura luminis obtinuit) ita eorum quæ in nobis ſunt animus imprimis bonitate cenſetur. Quippe qui animæ ſit oculus proprĳs ille quidem ſplendoribus circũfuſus, queis multa caligo altaq; diſcutitur, quam rerum ignorantia offudit. Hæc animæ forma elementis non ĳſdem ficta eſt, è quibus cætera quoq; perfecta ſunt, puriorẽ uero potioremq; ſortita eſt ipſa materiam, ex qua ſcilicet naturæ diuinæ procreatæ ſunt. Quamobrem ſolus ipſe in nobis animus interitus immunitate merito donatus eſſe uiſus eſt: quippe quem ſolum parens eius & factor libertate dignatus ſit, neceſſitatisq; uinculis remiſſit liberum eſſe nexuq; ſolutum ſiuerit, donato illi pignore tum decentiſſimo, tum maxime accommodato, Liberi ſcilicet arbitrĳ, ea ſorte quã ille admittere poterat & capere. Siquidem alia animalia, quorum in animis non eſt animus in libertatẽ aſſertus, & uehiculis illa quidem iuncta & frenis cohibita, ad obſequium hominibus mancipata ſunt ut ſeruitia dominis. Homo uero ſenſum mentis ſortitus arbitrĳ ſui prærogatiua ac ſua ſponte præditum, actionibusq; fungens à propoſito proprio manantibus, non immerito male audit ob ea, quæ ſciens prudensq; ſecus agit, ut bene uiceuerſa ob ea quæ

Impetus. *Mens.* *Animæ materia.* *Liberum arbitrium.*

recte atq; ordine facit. Nam qui uoluntarium mortum diuinitus accepit, eoq; nomine aſſimilis Deo factus eſt, è grauis ipſe & perquàm moleſtæ dominæ iure ac mancipio uindicatus in libertatem, huic nimirum par eſt uitio ut uertatur, cum aſſertorem ſuum non colit & obſeruat, dignumq; eum quiuis merito iudicarit, qui in fraudem incidat, quæ aduerſus ingratos libertos prodita eſt, ſummoto omniũ deprecatore. Eaq; de cauſa corpus humanum arrecta facie conformatum, oculos attollit in cœlum & intendit, quæ pars lucidiſſima eſt uniuerſi, ut eo quod oculis perceptum eſt atq; animaduerſum, id quoq; non dubie comprehendatur quod oculis ſubductũ eſt. Quãdoquidem autem fieri nequit, ut mentis humanæ ſequacitas erga id quod eſt, niſi ab ijs demũ uideatur, qui ad illud ipſi feruntur (Siquidem quo quiſq; modo afficiatur, ipſe imprimis nouit qui afficitur) iccirco euidens ſimulachrum oculi inaſpectabilis oculum corporis Deus finxit, qui poteſt æthera contueri. Nanq; oculi cum è materia interitura compacti, eo uſq; ſurſum tollantur, ut à ſitu terreno ad cœleſtem locum excurſent tanto interſtitio à nobis abſcedentem, eiusq; fines attingant: cuius tandem eſſe modi oculorum animæ curſum exiſtimare debemus, qui præ ingenti ipſi deſiderio perſpicue cernendi illud unum, quaſi alites facti, non ad æthera modo ſummum contendunt, ſed uel infra ſe utcunq; relinquentes uniuerſi mũdi extrema, ad illud ingenitum pernici curſu feruntur? Itaq; cum ſuper præcipuis mundi ſtirpibus commentari inſtiterimus, uideamus nunc quonam modo Deus omnifaria ſapientia cumulatus, ſuas etiam hominis (qui minor eſt mundus) arbores molitus eſt. Iam primũ igitur in corpore noſtro tanquam in agro quodam ſoli fœcundi, ſic ipſe ſenſus noſtros finxit, quaſi quædam

Oculus. *Homo minor mundus.* *Senſus.*

dam humoris conceptacula: deinde uelut plantas ſingulas manſuetas & fructuoſas ſingulis impoſuit, auditum in auribus, uiſum in oculis, olfactum in naribus, alios'que itidem ſenſus in locis cognatis atque accommodatis. Cuius rei teſtem laudare diuinum illum uirum promptum eſt, qui in pſalmis ita inquit: Num qui aurem ſerit non audit? qui oculum fingit non inſpicit? Quin & cunctas partes ad crura uſque manus'que pertinenteis, alias'que partes corporis, generoſas eſſe contigit propagines atque uiuiradices. Quibus ex ipſis præſtantiores ille atque perfectiores principatui affibratas adnexuit, qui medius eſt ipſe, longeq; fructuoſiſſimus omnium. Hæ autem ſunt intelligentia, comprehenſio, coniiciendi rectitudo, commentationes, memoriæ, habitus, affectiones, artium genera multiplicia, certitudo ſcientiarum, apprehenſio ſpeculaminum uniuerſæ uirtutis, quam delere obliuio non poteſt. Horum omnium nullum alius nemo poteſt intus inſtar plantæ pangere aut ſerere: unus uero omnium ſimul artifex ingenitus, qui non ſolum olim hæc finxit plantaria, ſed quotidie etiam fingit ſimul ut ſinguli oriuntur homines. His conſentanea ſunt ea quæ de paradiſi conſitione monumentis literarum prodita ſunt. Conditus eſt (inquit ille) paradiſus in Edem ad ortum Solis, collocauitq; ibi Deus hominem ab ſe fictum. Quod ſi uites olearumq; & malorum & punicarum ſtirpes, atque alias huiuſmodi illic fuiſſe exaudias: multa hæc ſit utique deplorata'que ſtultitia. Ne quis uero arbitraretur fictorem ipſum cuiuſpiam eorum quæ fingebantur uſum deſiderare, Moſes neceſſario exclamauit: Dominus ſeculorũ regnator & in ſecula porroq;. Deus enim & pater & opifex curatorq; reuera eſt rerũ omniũ quæ in cœlo quæq;

Principatus animi, et ei adhærentia.

Paradiſus.

lo, quæq; in orbe terrarum ſunt. Porrò autem futura umbra poſteri temporis occuluntur, breui interdum, interdũ longinquo interuallo. At opifex temporis Deus, ut qui parens ſit eius patris: ſiquidem mundus parens eſt temporis, cuius motum Deus temporis ortum eſſe ſtatuit. Ita nihil apud Deum futurum eſt: utpote qui temporum fines redegerit in ſuam poteſtatem. Neq; uero ipſe tempus eſt, ſed primigenia forma temporis atq; exemplar. At in æterno nihil nec præterĳt nec uenturum eſt, extitit uero tantum atq; in natura rerum eſt. Verum cum his de rebus ſatis explicatum ſit, uidendum iam de mundi conditione immuni ab interitu. Qua de re tres opiniones apud ſtudioſos philoſophiæ extiterunt: alĳs perpetuum eſſe mundum ſtatuentibus, ortusq; exortem & obitus: alĳs contra genitum eſſe opinantibus atq; interitum. Fuerunt etiam qui utrunq; opinionem ita exciperent, ut ab his natalem mundi, æternitatem ab illis mutuarentur: indeq; ueluti cinnum temperatum ex utroq;, ſcitumq; mixtũ relinquerent, genitum eſſe mundum, non item occaſurum. Et Democritus quidem Epicurusque ac pleraq; Stoicorum multitudo genituram mundi interitumq; prodiderunt, tametſi non ſimiliter. Eorũ enim partim complureis mundos deliniantes, ipſorum ortum attribuunt corpuſculis indiuiduis inuicem offenſantibus in occurſuq; implicitis. Interitum autem tum ſtatuunt, cum mundi concreti & ſic enati, colliſi inter ſe fuerint occurſu & conflictati. At Stoici mundum unum ponentes, ortus eius authorem faciunt deum atq; cauſam: non item interitus. Cæterum uim quandam in rebus exiſtentem interitus cauſam eſſe uolũt, ab ĳs rebus oriundam quæ labori non cedunt, longinquis temporum circuitibus omnia ad ſe colligentem: ex qua rurſus inſtauratitium

Deus pater eſt mundi, mũdus temporis.

Tres philoſophorũ opiniones de mundi ortu & interitu.

Democritus.

Stoici.

ſtauratitium mundi natalem cōſiſtere artificis prouidentia. Ariſtoteles perpetuum mundum ingenitumq́ eſſe cenſuit, nefariæq́ impietatis eos eſſe inſimulandos exiſtimat,qui his contraria diſſeruere,ut qui tantū opus Dei nihilo præſtare cenſuerint operibus manufactis. Opinio eſt autem, à Platone in Timæo, mundum eſſe genitum planè ſignificari. Sunt rurſus qui captioſe diſputent mundum Platonis opinione ita eſſe genitum,non ut ortus ille quidem auſpicatū acceperit, quatenus uero ita eſt coagmentatus,ut non aliam utiq́ compagem accepturus fuerit ſi contigiſſet eum naſci, genitum eſſe dictum: aut quia in ortu & cōmutatione partes eius uideantur. Cæterum ſatius & uerius eſt priori ſententiæ aſſentiri. Idq́ non ideo tantum, quòd in totò ille opere parentem,fabrum, opificem,diuinum illum fictorem: hunc autem mundum concinnum, affabrefactum & oriūdum uocat,ab exemplari primigenio intelligibili ſenſibilem effigiē, omnia quæ in illo ſunt intellectu percepta, in ſeipſo ſenſu comprehenſa continentem, abſolutiſſimum ad mentis perfectionem, ſimulachrum expreſſum ad ſenſum. Sed etiam quod Ariſtoteles hoc de Platone teſtificatur, qui cum eſſet philoſophiæ reuerentia imbutus,nequaquam commiſiſſet ut uanitatis crimine ſe obſtringeret. Huius uero decreti Platonici parentem nonnulli Heſiodum poëtā eſſe putant, ab eoq́ arbitrantur genitum mundum eſſe dictum,nec tandem occaſurum. Et genitum quidem dictum ob id putant, quòd ita ſcripſerit:

Ariſtoteles. *Plato.* *Heſiodus.*

Principium rerum genitum chaos, edita tellus,
Qui ſitus eſt cunctis certiſſimus, aptus in æuum.

Non occaſurum uero iccirco quoniam diſſolutionem eius & corruptionem non indicauit. Cæterum Chaos Ariſtoteles locum ideo eſſe cenſuit, *Chaos.*

quia

quia locum in rerũ naturã prius editum eſſe quàm corpus neceſſe eſt. Mundũ igitur genitũ eſſe apud Heſiodum clariſſime patefactum eſt. Multis autẽ ætatibus antè Moſes apud Iudæos legum cõditor, dixit in ſacris ſcriptis genitum eſſe mundum, interi tusq́; immunẽ. Sunt enim quinq; numero libri, quo rum primũ Geneſim nominauit, quem ita exorſus eſt: In principio creauit deus cœlum & terram.

Moſes.

Mundum interitus exortem eſſe.

Duæ interitus cauſæ.

Verum eam diſputationem quæ mundum ortus & interitus exortẽ aſtruit, ſatius eſt ut loco primo cõmemoremus, conſentaneo ipſi exordio utentes & cohærenti. Omnibus igitur quæ corruptionẽ ad mittunt, duas internitionis cauſas imminere ſuppo ſitum eſt, alteram inteſtinam, extrinſecus alterã ad-uenientem. Etenim ferrum, æs, alias eiuſmodi natu ras compertum habemus ſua ipſas ſponte exoleſce re, cum ſcilicet ærugo gliſcens exeſt ipſa inſtar mor bi ſerpentis: ab externis autem cauſis, cũ uel ædes uel urbem flagrantem diſſolui contingit ignis incu bitu uiolento. Sicut animãtibus quoq; mors adue-nit, morbis quidem è ſemetipſis, extrinſecus autem cum aut iugulantur, aut lapidatione obruũtur, aut exuruntur, aut ſuſpendio intereunt fœdo genere mortis. Quamobrem ſi mundus neceſſitati interi-tus non exemptus eſt, aut ab aliqua externa ui in-teribit, aut ab aliqua intus exiſtente. At utrũq; eiuſ-modi eſt, cauſam ut comminiſci eius nequeas. Si-quidem extra mundum nihil eſt, cũ omnia ad com plementum eius in unum coierint. Sic enim euenit ut unus eſſet & totus, nec ſenectutẽ ſentiens. Vnus & totus, propter cauſam iam dictam: nec ſenectu-tem nec morbum ſentiens, iccirco quòd ea corpo-ra quæ morbis & ſenio corripiũtur, caloribus & fri-goribus alijsq́; noxis euertuntur, quæ extrinſecus uehementer incumbunt. Atqui nullius earum incu-

bitum

bitum mũdus ſentit foras ſe proripientis mundũq; ambientis, cum nulla pars mundi ab eius compa- ge deſciſcat, integraq; intus omnia cohibeantur. Quod ſi eſt aliquid foris, prorſus id aut inane ſit ne ceſſe eſt, aut natura quædam quæ affici non poſſit, quæq; nec actum nec paſſionem admittat. Nec ue- ro ab ulla cauſarum diſſoluetur, quas intra ſe conti net: alioqui pars maior eſſet & ualidior toto, quod eſt abſurdiſſimum. Nanq; mundus cum ui inſupera- bili præditus ſit, ducit ſecũ omnes partes, à nullaq; ducitur. Et hæc ratio prima. Deinde cum duæ ſint cauſæ internicionis rerum, una inteſtina, altera ex- traria, quæcunq; unam earum ferre poſſunt, ea alte ram etiã admittere prorſus apta ſunt. Cuius rei ar- gumẽtũ eſſe poteſt huiuſcemodi. Bos enim equus, homo, & alia eiuſdẽ modi, quoniã natura ita cõpa rata ſunt ut ferro interimãtur, morbo itẽ ipſa cõſe- quẽs eſt ut pereãt. Quãdoquidẽ igitur nulla ab cau ſa extraria mũdũ perẽptũ iri demonſtratũ eſt, cũ ni hil foris ſit reliquũ, nec ab ulla quidẽ utiq; re interna perimetur. Obſtat enim antecedens demonſtratio, qua collectũ eſt nobis, id demũ eſſe obnoxiũ alteru tri cauſæ interitus, quod naturæ cõſtitutione capax eſt alterius. Accedunt etiã argumenta eiuſmodi è Timæo Platonis, ut ægrotationis mũdũ corruptio niſq; expertẽ credere debeamus. Principiorũ qua- tuor unũquodq; totũ coagmentatio mundi conce- pit: quippe quæ ex igne omni, omni aqua, omni aë re, & deniq; omni terra ita ſit coagmentata à cõdi- tore, nulla ut pars ullius, nulla uis extra relicta ſit ab illo. Id quod eo cõſilio agere inſtituit, primũ, ut animal illud totum quàm maxime perfectum perfe ctis è partibus eſſet. Deinde ut unũ eſſet, nullis ſcili cet reliquis ſuperantibusq; principijs è quibus aliud tale naſci poſſet. Denique ut ſenectutis & morbi

expers eſſet. Probe enim ille intelligebat, quæcunque corpore calido & frigido ſunt, quæcunque uires habent ualidas, ea omnia extrinſecus circumfuſa, & intempeſtiue incumbentia atque incidentia, & lædere ſolere, & morbis ſenectute ingenerandis ad tabē

Mundus totus è totis factus.

perducere. Eam ob cauſam eoque conſilio Deus totū è totis conſumatum fabricatus eſt mundum, ſimul ſenectutis ſimul morbi immunē. Hoc igitur ex Platone elogium de indiſſolubili compage mundi mu

Vtrum mundus ſit ingenitus.

tuandum uiſum eſt, At uero ingenitum quoque mundū eſſe à ueritate naturali defendere quis poſſit? Nam ut geniti comes eſt diſſolutio, ſic ingeniti perpetuitas, nec ab re trimetrū illud compoſitū eſt: *Queiſcunque naſci contigit, mori quoque.*

Hoc enim modo continet diſſolutionis conſequentiam. Alterum eſt item argumentum, quo id aſtrui poteſt. Quicquid concretum perimitur, id in ea ipſa ſoluitur è quibus compoſitum eſt. Vnde fit,

Diſſolutio.

Concretio.

nihil ut aliud ſit diſſolutio, quam regreſſus in id cuiuſque quod ſecundum naturam erat. Quare in contrarium id quoque ualet, ut concretio uiolenta ſit rerum coagmentatio in aliquid coëuntiū, quod præter naturcm eſt propriam. Idque ſanè uidetur eſſe uerißimum. Siquidem quatuor ab elementis, quæ tota ſunt uniuerſi, cœlo, terra, aëre, & igne, particulas homines mutuati, tum demum hac temperatura conſtituuntur. Quæ uero mixtura cōcreuerunt, naturali ea ſitu fraudata eſſe contingit. quippe ut ſuperno ſitu calor, ſic inferno natura terrena frauda tur: quæ cum ipſa libramento prædita ſit, tamē ſub

Caput.

leuata ſupernum locum arripuit. Nanque quod in homine in primis terrenum eſt, id ſibi caput obtinet. Atqui deterrimus eſt nexus, quem uiolentia aſtringit, qui ut uiolentus eſt ipſe, ita tenorem aſſeruare diuturnum non poteſt, citius enim rumpitur: utique

rebus

rebus ſic uinctis renitentibus, contumaciterq́ reluctantibus præ deſiderio quo affectæ ſunt ad motum naturæ ſuæ cōgruum, quem ad ipſum cum propenſæ ipſæ ferrentur, migrare inde coactæ ſunt. Atque ut eſt ſcriptum apud poëtam authorem tragœdiæ:

Terris profecta rurſus in terras eunt,
Quæ germinant ab ætheris celſo ſitu,
Rurſum poli petunt ſitum ſoluta: nec
Quicquam perijt, ut editum ſemel fuit.

Diremptum uero aliud ab alio, demum formā peculiarem accipit. Eſtq́ lex illa intereūtibus rebus omnibus ſanctioq́ perſcripta. Vt enim cum unumquodq́ in rerum naturam primum extitit, quæ in eius concretione coierunt, ab ordine illa quidem naturæ ſuæ accōmodato ad habitū tranſeunt inordinatum, id quod tum deniq́ fit quum in loca diſcedunt contraria, ita ut modo quodam peregre eſſe more hoſpitum diuerſariq́ uideantur: ita quum diducuntur interitu, ad propriam ea naturæ ſuæ ſortem reuerti conſtitutum eſt. At mundus huiuſcemodi conditionis indigeſtæ expers eſt, id quod hac ratione, ſi placet, in promptu eſt ut cognoſcamus. Eſto igitur mundum interire ut contigerit, nimirū partes eius in loca naturæ cuique diſſentanea digeſtas eſſe, neceſſe erit tute actutum ut fateare, idq́ ita futurum exiſtimare non degeneris eſt intellectus. Optimum porrò ſitum continuamq́ digeſtionem & cohærentem partes mundi ſortitæ ſunt, id adeo ut unaquæq́ pars loco ſuo ut patria acquieſcēs mutationem in melius non expoſcat. Quam ob cauſam medius exacte locus attributus eſt terræ, ſuper qua terrena cuncta ſunt collocata, adeo ſi quippiā terrenum ſurſum eiaculeris, id continuo terram uerſus feretur. Hocq́ argumentum eſt eum eſſe ſitum è *Elementorum ſitus optimus.*

d natura

natura terrenorum. Etenim ubi quid nulla ui delatum ſubſiſtit & quieſcit, ibi locum propriũ idipſum utique ſortitum eſt. Iam uero aqua ſecundo loco à terra affuſa eſt in terram, aër & ignis è medio ſublimia abierunt. Et aër quidẽ, aquæ ignisq; confinem locum ſortitus eſt, ignis autem locum excelſiſſimũ. Quo euenit, ut ſi ſuccenſam facem deorſum in terram demiſeris, nihiloſecius flamma reluctãs ſurſum illico reſiliat: nimirum ſeipſam arrigens ad naturalem ignis motum. Quapropter ſi internicionis cauſam motio præter naturam in aliis animantibus affert, in mundo autem ſingulæ partes naturæ ſuæ congruenter ordineq; deſcriptæ ſunt, regionesq; ſibi familiares ſortitæ, profecto corruptionis immunis merito mundus dictitabitur. Iam cuiuis id manifeſtum, quod unaquæq; natura eorum aſſeruationi ſtudet atq; incolumitati, quorum ipſa natura eſt: atq; ſi fieri poſſet, immortalitatem aſcitã iis cuperet, ut arborea natura arbores ſeruatas cupit, & natura animalis unumquodq; animans. In ſingulis uero ſempiternam efficere ſtabilitatem non uales repugnante neceſſitate, paruaq; iuxta magnaq; ſenectutis immunia conſeruare. Siquidem uel penuria, uel flamma, uel rigor, uel aliud quippiam (qualia coire ſexcenta in rerum necem ſolent) decumbentia, diſcutiunt ac diſſoluunt, ac denique abrumpunt uinculum quod concreta coërcet ac cohibet. Quare mundi etiam naturam neceſſe eſt incolumitatem uniuerſi uelle & concupere. Niſi uero ipſa naturis deterior eſt ſingularum mundi partium, & ut fugax & ſtationis ſuæ ordinis'ue deſertrix, pro ſanitate morbum, pro incolumitate plena & abſoluta machinari internicionem conatur. Immo uero ut uerbis utar Poëtæ,

Vnumquodq; natura ſua aſſeruat.

Et facie & ceruice alias ſupereminet omneis

Conſpicua in primis, ſint pulchræ quamlibet illæ.

Atqui ſi hoc uerum eſt, corruptionem mundus haudquaquam admiſſurus eſt. Quid ita? Nempe quod cohibitrix ipſius natura multifariam inuicta eſt ui roboris indomiti, omnibus ipſa præualens uiolentijs, quæ noxam allaturæ fuerant ei interituræ. Quam ob cauſam Plato, Nihil, inquit, accedere undecunq; illi poteſt. Sibimet enim ipſe tanquam alimentum naturam ſuam præbet, omniaq; cum in ſeipſo, tum uero à ſeipſo & facit, & patitur, arte præſtantiſſima conditus. Ipſum adeo ſufficientem ſibi uppeditantemq; omnia coagmentator eius molis tus eſt, talem utiq; præſtantiorem eſſe ratus, quàm ſi aliquo deficeretur. Eſt autem & illa argumentatio huic demonſtrationi aptiſſima, ob quam me non latet gloriari quàmplurimos, ſeſeq; ea uenditare tanquã numeris omnibus exquiſita irrefutabiliq; in primis, argumentariq; illos hunc in modum percunctabundos. Nam qua tandẽ de cauſa (inquiũt) Deus mundum diſturbandum ſtatuerit? nempe aut nullum poſtea mundum, aut ut alterum ab integro moliatur. At illud prius alienum à deo eſt, ut cui conueniat inconditum rerum ſtatum digerere in ordinem, nec uice uerſa res ordine cõcinneq; conſtructas, ad congeriem indiſcretam inconditamq; reducere. Deinde ſi ita fecerit, iã erit ipſe obnoxius pœnitentiæ, & pœnitentia morbus eſt animæ atq; ægrotatio. Certe quidem aut mundum ordiri prorſus non oportebat, aut quãdo cenſebat dignum ſe opus eſſe, in abſoluto quoq; opere acquieſcere. Alterũ illud longiuſculã diſceptationẽ expoſcit. Etenim ſi alterũ mundum deus pro hoc qui nunc eſt, conſtructurus eſt, qui conſtruetur, aut deterior, aut præſtantior, aut huic ſimilis erit. At horum quod elegeris cunq;, non carebit reprehenſione. Quippe ſi dete-

Plato.

Alia rurſus argum. mundum incorruptibilẽ aſtruentium.

ſi deterior mundus futurus, & deterior quoq; opi- fex eius. At Dei opificia omni reprehēſione & Mo- mo quoq; maiora, & ſimul emendationem reſpuen- tia, ut quæ ad numeros omnes artificij ac ſcientiæ confecta ſint & exacta. Siquidem deo decorū atq; congruum cum informia conformare, tum rebus deformiſſimis formas uiſendas decorasq; accom- modare. Sin erit ille mundus futurus huic ſimilis, nimirū Deus opifex eius nihilo iam præſtiterit pue ris infantulis, qui circa littora interdum ludibundi arenam cumulāt altiuſcule, ſubindeq; manibus nō- nihil arenæ ſubducentes, cumulos hoc pacto exci- tatos diſturbant. Longe enim ſatius eſſet, nihil nec adimentem, nec addentem, nec in melius peius'ue commutantem, eum qui nunc creatus eſt, eodem in ſtatu ſemel eſſe ſinere, quàm alterū ſimilem hoc euerſo adſtruere. Quod ſi præſtantiorem mundum facturus eſt, continuo fuerit etiam præſtantior opi- fex. Ex quo ſequetur illud, ut cum priorem confice- ret, & artificio ipſe & ingenio imperfectior fuerit: id quod uel ſuſpicari nefas. Adde quod quemadmo dum conuenit nos mortaleis opera quoq; morta- lia facere, ita Dei immortalis opificia erunt utique interitus expertia. Et rationi congruit opera fabre- facta naturæ opificum ſimilitudinem referre.

Boëthi demō- ſtrationes.

Ad hoc uero probandum Boëthus demonſtra tionibus uſus eſt quàm appoſitiſſimis, quas dicēdas iam habemus. Neq; uero mundus (inquit ille) geni- tus eſt atq; interiturus, & non ex eo quod non eſt fiet aliquid, id quod Stoicis abſurdiſſimum uidetur. Quid igitur tandem? dicat aliquis. quia ſcilicet nul lam quiſquam cōminiſci cauſam queat tabificam, nec internam, nec externam, quæ mundum perem- ptura ſit. nam extra mundum nihil eſt, niſi ſicubi for ſan uacuum, cum elementa prorſus in eum reſol- uantur

uantur ex ſuo concremento, intus autem nulla ta-
lis eſt ægrotatio, quæ diſſolutionis cauſam afferre
tantæ coagmẽtationi poſſit. Quod ſi citra cauſam
ullam mundus perimi poteſt, liquebit iam, ex eo
quod in rerum natura nequaquam eſt, corruptio-
nis cauſam enaſci, id quod ne concipi quidem cogi
tatione poteſt. Et corruptionis quidẽ modos treis *Corruptionis modi tres.*
aiunt eſſe in uniuerſum, unum per diuiſionem, alte-
rum per peremptionem qualitatis res obtinentis,
alium per confuſionem. Quæ igitur è diremptis re-
bus conſtant, ut ſunt greges, armenta, exercitus,
chori: aut rurſus quæ corpore coagmentato coa-
cta ſunt, ea diductione ſoluuntur atque diuiſione. Per-
emptiuus autẽ qualitatis modus eſt cum ita fit ha-
bitus immutatio, ut ne diuerſa quidem forma faciẽ
quandam præbeat. Per confuſionem fit corruptio,
ut in medicamento quod tetrapharmacum dici- *Tetrapharmacum.*
tur. In quo uires eorum quæ collata ſunt exoleſcen
tes in unius facultatis genituram emoriuntur. Age
dum, quonam iſtorum modorum cõuenit, ut mun-
dum interire exiſtimemus? Vtrum eo quẽ fieri per
diuiſionem docuimus? At mundus nec ex diductis
eſt conditus, ita ut partes eius diſſipandæ ſint, nec
è corporibus compactis, ita ut diſſoluendæ: nec ut
noſtra corpora itidem unitus eſt. quippe quæ natu
ra ſua fluxa potentiæ cedunt rerum innumerarum,
unde noxa ipſa afficiuntur: at mundi robur indomi
tum, præ multa abundantia omnibus rebus præua
lens. Num igitur potiſſimum integra qualitatis per-
emptione corruptum iri mundum dicemus? Tamẽ
eum modum interitus cõcipere nemo poteſt, quip-
pe cum eorum ſententia, qui contraria de mundi
interitu ſentiunt, manſura ſit qualitas ipſa coagmẽ-
ti, in minorem ſubſtantiam contracta, in conflagra
tione mundi. Age uero, ſuperioribus modis interi-

re mundus non poteſt, confuſionis modo poteſt. Abſit ut hoc poſſe interire cenſeamus. Alioqui reuoluemur eodem, ut admittendum nobis ſit interitum mundi perinde futurum, atq; ſi nihil in rerum natura ſit. Quo tandem iſthuc modo? Quia ſi una quæq; partium mundi uiciſſim interiret, alia mutari in aliam potuiſſet: cum uero omnia ſimul interire uniuerſaq; dicunt, neceſſe eſt in intellectum id admittere, quod fieri non poteſt. Eſt uero operæpreciũ quærere, qua ratione altera erit generatio mundi, cum omnia in ignem reſoluta fuerint. Siquidem exhauſta ab igne rerum natura, neceſſe erit ignem quoq; extingui alimento defectum. Qui ſi permaneret, incolumis eſſet utiq; ratio ſeminalis coagmentationis mundi: igne uero reſoluto, illico unà cum eo illa quoq; ratio conſequens eſt ut perimatur. Atqui nefarium eſt geminatæq; impietatis, non tantum mundum capitis crimine arceſſere, ſed etiam (ſi dijs placet) natalem eius inſtaurationem tollere. Quaſi uero inertia Deus & incondita rerum nece, omnibusq; perperam factis gaudeat. Proinde hanc diſputationem in hunc modum exquiſitius explicandam habemus. Ignis genus eſt triplex, carbo, flamma, & ſplendor. Carbo ignis eſt in terreno, hocq; modo ſpiritualis habitudinis tanquam in ſpecu latet ignis, & quaſi locum inſidet, uſquequaq; intentus & ad extrema uſq; pertinens. Flamma eſt id quod ab alimento ſublime tollitur. Splendor eſt qui à flamma emittitur, oculis ſubſeruiens & prælucens ad res ſpectabiles apprehendendas. Medium autem locum carbonis & ſplendoris flamma obtinet, utpote quæ & extincta deſinat in carbonem, & excitata lumen habeat, quod ui uſtiua cum deficitur fulget. Quocirca ſi reſolutum iri mundum deflagratione cenſuerimus, haudquaquã carbo fiet: quippe in

Ignis. *Carbo.* *Flamma.* *Splendor.*

pe in quo terreni permultum reliquum eſſet, ubi ignem comprehenſum eſſe contingit. At placet cæterorum corporum nullum iam tum in rerum eſſe natura:terramq́,aquam, aërem in ignem merũ reſolui. Nec uero flammam manſuram eſſe placet, ut quæ ſit ignei alimenti elatio in ſublime. Ita cum relictum nihil fuerit, utiq; ipſa tabeſcens protinus extinguetur. Quibus etiam ipſis hoc conſequens eſt, ut ne ſplendor quidem inde exiſtat, qui ſuapte ipſe natura ſolus ſubſiſtere nequit,à prioribusq; illis manat,flamma ſcilicet & carbone: ab hoc quidem ille minor,à flamma uero multus. At illa à conflagratione mundi non futura ſunt, ut probatum eſt, ita ne ſplendor quidem erit poſtea. Quo fit omnino, ratio ut iniri non poſſit mũdi denuo naſcituri, cum ſeminalis nulla ratio confoueatur intus. Atq; ex ijs planum factum eſt ingenitum mundum permanere & incorruptum. Quin abſq; his etiam ſic explicatis foret, & hoc argumento quis uti poſſet ad huius ipſius rei fidem, idoneo quidem ipſo: & utiq; huiuſcemodi,quod omneis in eam opinionem adduceret, duntaxat qui eſſe ipſi pertinaces præter modum non obſtinaſſent. Eorum igitur quæ coniugatim contraria ſunt inter ſe, ut hoc ſit, illud non ſit,omnino fieri nequit. Nam ſi album ſit,& nigrum eſſe neceſſe eſt, & magno exiſtente paruum erit, & impari par, & dulci amarum, & denique die exiſtente nox erit, & quæcunque ſunt alia huiuſcemodi. Atqui ſi mundi inflammationem fore dederimus, inde futurum ſequetur, quod fieri per rerum naturam nequit, eritq; coniugatorum alterutrum cum alterum iam non ſit. Id quod licebit hoc pacto ut cognoſcamus. Omnibus in ignem reſolutis, leue quidem & rarum erũt,& calidum,cũ ignis ſint propria:graue uero nõ erit, non denſum, nõ frigidum,

Oppoſitorum alterũ non eſſe ſine altero.

quæ tamen è regione ſunt illorum. Quo modo autem potius inhibere quis poſſit mundi prorſus non futuri conſequentiam, quæ in mundi deflagratione ſanè implicita eſt, ſi quidē ea detur, quàm ſi ea quæ natura una eſſe comparata ſunt, hoc ille pacto demonſtrarit è ſua coniugatione dirimi? At hoc poſito coniugationis diremptio eouſq; progreditur, ut his æternum eſſe non negent, illis eſſe omnino negent. Iam uero quod ſequitur, non longe à propoſito quaſiq; ſcopulo abſcedere uidetur eorũ qui uerum ueſtigare inſtituerunt. Mundus ſi interiturus eſt, aut à cauſa quadam interibit, aut diuinitus. At uero aliunde diſſolutionem nullo modo admittit, quippe qui nihil non contineat ipſe & cohibeat. & quod continetur, debilius eſt utiq; continente, cum ab eo coërceatur ut præualente. A deo porrò deſtrui mundum dicere, ſceleratum eſt in primis & nefarium. Siquidem deum non ordinis diſſoluti, non inconditæ rerum rationis, non internicionis authorem, ſed ordinis potius, & compoſitæ rationis, deniq; uitæ atq; omnis boni cauſam eſſe, apud eos in confeſſo eſt, qui uere de rebus opinati ſunt. At uero eorum qui ſempiternum mundum eſſe cenſuerunt, ſunt qui argumentationi ambitioſæ artificioſæq; indulgentes, inſuper etiam hac diſputatióne utuntur ad aſtruēdam opinionem ſuam. Quatuor eſſe modos internicionis rerum ſumma diuiſione conuenit, additionem, ademptionem, tranſpoſitionem, mutationem. Binarius igitur acceſſione unitatis in ternarium interit, cum iam binarius non ſit, at quaternarius unitatis deceſſione, in ternarium. Tranſpoſitione autem interit Z elementum in H, cum lineæ quidem obliquæ & parallelæ ſubrectæ ad rectos angulos fuerint: linea autem ad utranq; protenta & pertinens, in tranſuerſum deflexa, ipſas ad rectos

Mundum à Deo deſtrui non poſſe.

Internicionis modi quatuor

ad rectos angulos attigerit & copularit. Immutatione ſit corruptio, cum uinum in acetum uertitur. Nullus autem modorum, qui enumerati ſunt mundum attingit prorſus. Nam quid hic comminiſci quiſquam eorum poſſit? additum iri quippiam mundo ad eius demolitionẽ? Quonam tandem id modo, ſi nihil eſt extra mundum quod non idem pars ſit mundi totius? Quicquid enim id eſt, cohibetur ab eo & edomatur. Quid igitur? ablatum iri? Primum ſi id fateare, quicquid erit quod auferetur, id denuo mundus erit hoc mundo minor. Deinde nō eſt inire rationem qua corpus aliquod ab uniuerſi coaleſcentia diremptum uſquam diſpergi poſſit. Age nunquid partes mundi tranſponendas cōminiſcemur ad mundi corruptionem? Atqui in ſimili permanebunt locos non permutantes. Neq; enim unquam futurũ eſt, ut omnis terra inuehatur aqua, nec ut aqua aëre, & hic igne, ſed quæ in terra naturæ grauis ſunt, aquaq; medium locum obtinebunt, ita ut terra fundamenti uice fulciat, illiq; aqua innatet: at aër ignisq; quæ natura leui ſunt, ſuperiorem locum teneant. Neq; uero exiſtimandum eſt eo modo interiturum mundum, alius ut ex alio fiat. Nanq; elementorum immutatio æque pollet per omnia. Et quod æque pollet, id firmitudinis indeclinabilis cauſa eſt atq; illabefactabilis permanſionis, cum nullo exuberãtiore inferius ſit. Quam ob cauſam refundendarum uirium, rependendarumq; uiciſſitudo regulis illa quidem adæquata proportionis, artifex eſt ſanitatis atq; incolumitatis in æuum pertinacis. Vnde ſit demonſtrabile mundũ eſſe ſempiternum. Porrò autem Theophraſtus eos qui ortum mundo interitumq; obijciũt, quatuor rebus falſos eſſe exiſtimauit, terræ inæquabilitate, maris receſſu, ſingularum partium uniuerſi diſſolutione,

Alium mundum fieri non poſſe.

Theophraſtus in eos qui mundum ſempiternum eſſe negant.

terreſtrium deniq; internicione generatim per animantia graſſante. Primum ſic aſtruitur. Niſi terra principium ortus cepiſſet, nulla pars eius altius inſurgens conſpiceretur, complanati uero montes omnes fuiſſent, collesq; ad æquilibrium redacti cum planicie camporum. Siquidem tot imbribus quotannis ab æuo labentibus, locorum in altum editorum alia torrentibus abrupta fuiſſent (ut ſimile ueri eſt) alia ſuopte nutu ſubſidentia peſſum iuiſſent, omniaq; iam uſquequaq; perplanata diffunderentur. Nunc uero crebræ ſalebræ, permultorum'que montium iuga in altum exurgentia, indicia ſunt terræ minime ab æterno editæ. Alioquin iam olim (ut dictum eſt) in tempore infinito imbrium ui terra à fronte (ut dicitur) ad calcem, ad uiæ uehicularis æquabilitatem complanata uideretur. Et eſt ea uis aquæ præſertim ſuperne caſitantis, ut quædam ui extrudat, quædam continenti ſtillicidio caua reddat, ſolum etiam ut prædurum ac glareoſum foſſorum more ſubigat. Quin & mare ipſum (inquiunt) imminutum eſt. Indices ſunt inſulæ celeberrimæ Rhodos & Delos. Quæ cum olim mari ſummerſæ & obrutæ non cernerentur, temporis interuallo exiſtere ſenſim cœperunt & conſpici, utique mari ſenſim itidem ſubſidente, ut quidem uetuſtis proditum eſt hiſtorijs, quæ de ipſis conſcriptæ ſunt. Ingentes etiam ſinus maris altiſſimosq; exaruiſſe aiunt, continenti'que acceſſiſſe: ſimul tractus adiacentes in apertum protuliſſe, partibus illos quidem luculentis nec ſterilibus, ut apparuit cum ſeminari cœpti eſſent, arbuſtisq; conſeri. His etiam accedunt indicia maris è priſca proluuie retroacti, id quod ſcrupi & conchulæ marinæ in ſicco deſtitutæ oſtendunt, aliaq; eiuſdē modi quæ mari æſtuante expui ſolita ſunt. Quod ſi mare imminuitur, minuetur

Maris minutio.

nuetur & terra,longisq́ annorum circuitibus prorſus utrunq́ elementum reſoluetur, & uniuerſus uero aër exhaurietur, ad imminutionem ſenſim uergens,omniaq́ e ſuo concremento in unam naturam ignis liqueſcent. Ad tertij autem capitis ſtructuram hoc argumento utuntur.Id (inquiunt) omnino periturum eſt,cuius partes obulæ & expoſitæ interitui. At mũdi partes tales ſunt, igitur mundus huiuſcemodi. Nunc agitandum quod huc digrediendo reieceramus. Quænam igitur terræ pars (ut ab eodem auſpicemur) uel maior, uel minor tempore non diſſoluetur? Quid lapides firmiſſimi? nónne tumore purifico affecti putreſcunt tandem,atq́ ab habitus infirmitate (qui tenor eſt ſpiritualis, uinculumq́ fracturæ non immune, tametſi ægre eſt ſolutile) fragiles & fluxi in tenuem primũ puluerem ſoluti, deinde conſumpti, tum demum prorſus euanidi abeunt? Aqua uero quid ipſa? nonne ſi immota manſerit,nec flatu diuentiletur, quiete enecatur? certe quidem mutari eam conſtat, graueolentia'que infici,more animantium quæ anima priuatæ ſunt. Enimuero aëris corruptiones nulli non apparent manifeſto. & ægrotare enim aër & tabeſcere, & modo quodam emori e ſua naturali cõſtitutione poteſt. Quod ſi animi intentionem ad indagandam rerum ueritatem potius, quàm ad nominũ appellationumq́ decorum cõtuleris,quidnam aliud dixeris peſtem eſſe,quàm aëris mortem? qui noxã qua afficitur in omniũ necẽ effundit, quibus quidẽ ipſis participib.animæ eſſe cõtingit. Iã de igne quid opus eſt uerboſius diſputare? qui ſimul alimẽto defectus eſt, tabeſcit & extinguitur. Quare ſi unã quãquã mũdi partiũ ſuũ manet exitiũ, nimirũ mũdus ipſe qui ex ijs cõpoſitus eſt,exitij nõ erit expers. Quartã illi eãdemq́ ultimã rationẽ exquiſitius

Partium mundi diſſolutio.

Habitus.

Peſtis.

uero tardiore, unde fit ut enatæ eorum partes uix ſenſu hominum percipiantur ac niſi longo tempore. Atqui enaſcentium montium rationem planè ignorare iſti mihi uidentur, alioqui pudor eos (ut opinor) uetuiſſet tale quicquam proloqui. Quare eos docere nequaquam grauabimur. Eſt aũt quod dicturi ſumus nec nouum nec noſtrum, ſed antiquorum inuentum, hominum ſanè ſapientum, qui nihil non ipſi diſputatum reliquerunt, eorum quidem certe, quæ ad ſcientiam neceſſaria eſſe cenſentur. Quũ igitur natura ignita in terra condita ſurſum uerſus rapitur ignis ui naturali, ad propriũ locum tendit, ac ſi quantulum ſit cunq; ſpiraculum nacta, ſublime rapit ſecum multũ terrenæ naturæ, & quàm poteſt plurimum, ſimul ac uero terra ipſa eruperit, fertur compendioſa uia. Ea porrò terrena natura ignem ſubſequi erumpentem coacta, ad altitudinem multam aſſurgens, in arctum contrahitur ac tandem in uerticem deſinit mucronatum, igneam naturã imitando. Siquidem tunc neceſſe eſt ut leuiſſima natura & grauiſſima, quæ ſunt aduerſariæ, inter ſe confli ctẽtur, cum utraq; in locum ſuum ſuopte nutu urgeatur, contraq; alterius uiolentiam altrinſecus diſtrahatur. Proinde natura ignea terram ſublimem ſecum rapiens deorſum uergere cogitur terreno degrauante, terra uero in infimum librametõ ſuo depreſſa, contra que ab igne ſuſpenſa, qui ſua met ipſe ſponte ſublime attollitur, uix tandem ipſa à præualente potentia atq; ſubleuatrice euicta, ſurſum in ſedes ignis protruditur atq; ibi conſiſtit. Quid igitur mirum eſt, montes aquis imbrium torrentibus non abſumi, cum uis ipſos continens, à qua etiam eriguntur, quàm firmiſſime in eis atque ualidiſſime implicita ſit? Soluto enim uinculo quo cohibentur, diſſolui eos conſentaneum eſſet in aquaſq; diſſipari, nunc

De ignis ac terræ natura.

Mõtes cur imbribus non abſumantur.

ri, nunc

ri,nunc uero ignis ui aſtricti pertinacius reſiſtunt aquarum delapſibus. Atq; hæc ſunt quæ dicēda habuimus,eò pertinentia,ut doceremus inæquabilitatem terræ argumentum non eſſe fide dignum ortus & interitus mūdi. Ad id porrò quod argumentantur de minutione maris, hoc modo reſponderi conuenienter poteſt:Non ipſos tantummodo mari emergentes inſulas oportere conſiderare:cæterū aliquæ ne continentis partes undis olim abruptæ, mariq; adobrutæ, denuo redditæ ſint continenti,id uero ipſos perpendere oportere. Studio enim naturæ indagandæ (quam φυσιολογίαν uocant) aduerſa eſt contentio , cum id ſtudium antiquiſſimam curam habeat ueritatis inueſtigandæ . Quid quod uice uerſa ingenti cōtentione ſtudij eius inquiritur, quot quantæq; partes non oræ tantum maritimæ, ſed etiam mediterraneæ , excurrente mari hauſtæ ſint?Nam quòd terra mari admiſſo merſa, nauibus nunc onerarijs nauigatur & prægrandibus , hiſtoria teſtis eſt Siculi freti cantatiſſima,nemini nō doctorum cognita. Olim Italia Siciliam cōtinēti adiungebat: cum uero utrinq; ingens mare uiolentis flatibus aduerſisq; incurriſſet, confinis anguſtia terræ interrupta,mari ſummerſa eſt: ſecundum quam anguſtiam urbs Rhegium condita ab euentu interrupti ſoli appellata eſt. contraq; hominum expectationem contigit, ut duo quidem maria terræ prius anguſtia dirempta,eo caſu cōiungerentur, in unūq; confluerent:terra uero ut ante unita, cōfini poſtea freto diduceretur.quod fretum tunc interfuſum, effecit, ut quæ olim erat continens, nunc inſula Sicilia ſit uiolentia caſus edita. Fama eſt & alias urbes mari ſuperfuſo abſorptas poſtea non extitiſſe.Nāq; circa Peloponneſum aiunt tres urbes uehemēti maris impetu eſſe merſas , Aegirā , Buram, Helicen in

Sicilia olim continens. *Rhegium.* *Vrbes ſummerſæ.*

edito loco ſitam. Certe quidem Atlantis inſula, Aſia ſimul Aphricaq́ maior (ut author eſt in Timæo Plato) diem unum noctemq́ factis terræmotibus inuſitatis & portẽtoſis cum diluuijs deorſum ſidens, repente abſorpta eſt à mari atq; cõdita, mari eo caſu ibi facto nequaquam nauigabili atq; uoraginoſo. Quocirca ad mundi interitum aſſerendum nihil cõtulit cõmentitia maris imminutio. Etenim ſi aliunde mare recedit, aliò etiam immeando terras mergit. Quamobrem iſtos oportebat nõ alterum tantum contemplatione proſequenteis, ſed utrunq;, ita demũ de ea re ſtatuere, nõ aliter atq; in ciuilibus controuerſijs factitatur, quibus in ipſis legitimus iudex non ante qua de re agitur ſententiã profert, quàm ipſos ambigentes uiciſſim audierit. *Atlantis.*

Iã uero tertiũ illud argumentũ à ſeſe refellitur, ut abſurda percũctatione deductũ ſtatim prima argumẽtatione effata. Neq; enim id protinus interiturũ eſt, cuius partes omnes intereũt. Id uero demũ omnino interibit, cuius partes oẽs unà & uniuerſæ in eodẽ atq; eodẽ tẽpore intereũt. Neq; uero nõ is uiuere põt, cuius ſummus digitus abſciſſus eſt, cui tamẽ ſi ipſi cõmunis uſus omnis partiũ mẽbrorũq; auferatur, illico interibit. Eodẽq; modo ſi cũcta ſimul elementa ſub unũq; tẽpus exoleſcerent: nimirũ fateri neceſſariũ foret mundum corruptionis eſſe capacem. Sin elemẽta ſingula priuatim in naturã mutãtur uicini elementi, immortalitate prædita eſſe elemẽta ex eo magis declaratur, quàm eſſe interitura. *Elementa in alia uerti ex alijs.*

Porrò aũt illa ſumma eſt ſtultitia, genus humanũ ab artibus æſtimare, cuius argumenti abſurditatem ſiquis probandam eſſe ſequendamq́ cenſuerit, recentem ille planè mundum hoc argumẽto demonſtrauerit, utpote uix ante annos mille cõditũ: ſiquidẽ omnes artiũ inuẽtores, quos memoria prodẽte accepimus

GEORGIVS

VALLA PLACENTINVS CLARISSI *mo Iuriſcõſulto, ducis Ferrariæ purpurato, ac prælecto iudiciorum arbitro, Ioanni Vallæ ſalutem dicit æternam.*

CVPIENTI mihi Ioãnes Valla doctiſſime Iuriſconſulte, nomen tuum apud inclytos principes inſigne, munere aliquo proſequi, unde animum meum tuis mirificis dotibus deditum eſſe cognoſceres, ſuccurrêre Cleomedis inſignis Philoſophi bina, quæ latina facerem, de Mundo uolumina: quòd, ut ille animo contemplanda exactiſſime deſcribendo mundanam expoſuit elegãtiam, ita in præſtantiſſimorum principum conſpectu, ſeu legationum grauiſſimarum munere perfunctus, ſeu honorario delectus iudicio, tanquam ſidus aliquod inter homines fulgens nobis emicueris. Nam ſi nõ iniuria dici ſolet principibus placuiſſe uiris, haud ultima laus eſt, quãto maior fuerit honorari? Præferri autem honore alijs, ut tibi cõtigit iam, rerum humanarum eſt attingere faſtigiũ. Quod ſi etiam uirtutis face præfulgeat, id iam eſt terrena relinquere, ac ad, motus illos cœleſtes propius accedere, quos apud Cleomedẽ, me interprete, tibi licebit intueri, animiq́ tui magnitudinem ampliſſimis, & te dignis rebus confouere, & tuis inſignibus uirtutibus ſpem concipere, & fide quam in Chriſto max. opt. per trinitatis habemus diuinitatem cõfirmari, ut aliquando ad tot collucentium ſiderũ ſubuoles flammas. Quod ex mentis tuæ integritate tibi euenturũ cõ

fido . Quem igitur ad te dedimus Cleomedem in-
ſpicito , cũ per ocium id facere licuerit . Licet enim
plurimis,ut neceſſe eſt, te interuentionibus diſtine-
ri non dubitem: quia tamen non admodum multis
liber literis continetur , puto ſupereſſe ocium unde
quid loquatur queas intueri. Quod cũ facies Geor
gij Vallæ gentilis tui memineris ſcio . Age itaq; &
utrunq; facere ne detractes , ut Cleomedem quem
tibi hoſpitem doctiſſimum conciliaui, ne cõtempſe-
ris, & nos gentiles tuos amore proſequere.

CLEOMEDIS CIRCVLARIS IN-
SPECTIONIS METEORORVM
Liber primus de Meteoris, Georgio Valla Placentino interprete.

CVM MVNDVS multis di
catur modis,de mũdana ele-
gantia nũc omnis noſtra fu-
tura eſt oratio. Mũdus eſt ex
cœlo,terraq́;, necnõ naturis,
quæ eis cõprehenduntur opi
ficium . Is corpora cũcta cõ-
prehendit , nec extra ipſum
(quemadmodũ alibi demon
ſtratur)prorſus quicquam eſt. Nõ infinitus,ſed de-
finitus eſſe hinc facile comprobatur , quòd natura
ipſum adminiſtret: nec fieri poſſit, ut infiniti ulla ſit
natura. naturam ſiquidem cuius eſt,oportet impe-
rare. Quod uero ipſum natura adminiſtret,hinc fa-
cile datur intelligi. Primo & eius partium ſerie, de-
inde & procreatorum ordine , tertio ex communi
ad ſe inuicem partium , quæ in ipſo includuntur, af-
fectione, quarto , quod ad aliquid ſint ſingula pro-
creata,& deniq; quod omnia in uſus cõmodiſſimos
cedant,

cedant, quæ peculiaria, & ſuarum ſingula ſunt naturarum. Et perinde cum diſtinctam naturam habeat, ipſum terminatum eſſe neceſſe eſt. Extra ipſum uero inane undiq; in infinitũ profluit. Huius quod quidem à corpore cohibetur, locus nuncupatur: quod autem non cohibetur, inane. Quod uero ſit inane, paucis explicabimus. Omne corpus in aliquo eſſe neceſſe eſt. Id autem in quo eſt ipſum occupans & complens aliud eſſe, ac planè incorruptũ oportet, & tãquam ſub tactum non cadens. Huiuſmodi profecto ſubſtantiam lociq; naturam, qualiſcũq; ſit, corpus admittere & cohibere, & inane eſſe profitemur. Quod porrò in eiuſmodi aliquo ſint corpora, præcipue in aquis, & omni humida eſſentia nobis par eſt intueri. Cum enim ex uaſe humorem continente, ſolidumq; aliquod in ſe corpus, & ſolidum ſuſtulerimus, collabitur aqua in ſublati locum, neque amplius hæc apparet eleuatio, ſed minor, quãta ſublatæ rei fuerit magnitudo. Rurſusq; ſi in uas humore repletum ſolidum aliquod immittatur, tantũ humoris exundat ſuperflui, quantus ſolidi tumor fuerit iniecti. Neque id accideret, niſi in aliquo humor ipſum replens extitiſſet, & qualicunq; à corpore occuparetur. Idẽ uero & in aëre fieri exiſtimandũ eſt. Is nanq; ex loco ipſum comprehendente extruditur, cum à ſolido aliquo comprehendetur. Cum igitur in uas aliquod quippiã infundimus, ex ipſo flatum ſentimus euadentem, præcipue cum oris fuerit anguſti. Enimuero mundum quoq; ex loco motum poſſumus intelligere quẽ nũc occupauit. Hoc nimirum eius tranſitu relictum comprehẽdemus locum eſſe inane, & in quem occupatum comprehenſumq; à ſeſe tranſierit, is certe fuerit inane repletũ. Quod ſi etiam in ignem omnis reſoluatur eſſentia, quemadmodum iucundiſſimis uiſum eſt Phyſicis,

Eſſe inane.

locum pluſquàm decies millies ipſum occupaſſe ne
ceſſe eſt, quemadmodum in uaporem corpora ex‑
Inane extra mundum eſſe contra Ariſt. halant ſolida. Qui igitur in conflagratione ex effu‑
ſa occupatus eſt eſſentia, locus nunc inanis eſt, nul
lo ipſum complente corpore. Quod ſiquis occur‑
rat, conflagrationem fieri nullam, is inane non eſſe
eo modo minime controuerſatur: nam ſi profuſam
modo intelligamus eſſentiam ultràq; protenſam, re
nulla obuia, quæ talem extenſionem poſſit prohibe
re, id ipſum in quod opinione ſeceſſerit, in extenſio
ne inane fuerit: quemadmodũ ſi curæ ſit nũc quoq;
noſſe ab ipſa occupatum inane completum fuerit.
Quamobrem nugas agunt, qui extra mundum ni‑
hil eſſe aiunt. Id enim ipſum, quod nihil uocant, nul
lam effuſam eſſentiam contrà ſtando poterit prohi
bere. Proinde alicuius effuſa aſſumatur eſſentia, &
ab ipſa quoduis naturaliter comprehenſum ab exi
ſtimante complebitur, eiusq; fiet locus quod eſt ina
ne à loco occupatum ac completum. Id porrò cor
repta eſſentia, & in aceruũ conducta minorem, fiet
inane. Quemadmodum igitur eſt quippiam quod
corpus ſuſcipiat, ita etiam poſſibile eſt corpus ſuſci‑
pere. Id autem quod compleri planeq; occupari à
corpore poſſit, eſt inane. Aliquam itaq; inanis ſub‑
ſtantiam eſſe neceſſe eſt. Eſt ſanè eius opinatio ſim
pliciſſima, cum ſit corporis & tactus expers, neque
figuram habens, neq; figurati, nec patientis quic‑
quam, neq; faciẽtis, ſed ſimpliciter corpus excipien‑
Inanis eſſentia tis, neq; exiſtentis. Tale nimirum eſt inane. In mun
do autem prorſus non eſſe, ex eis quæ apparent li‑
cet nobis perſpicere. Nam ſi nõ in totum cognitas
horum fuiſſet eſſentia, fieri non potuiſſet ut à natu‑
ra contineretur, ac adminiſtraretur mundus: neq;
eius partium ad ſe inuicem quæpiam foret cõmuni
catio, neq; ab uno loco, quem mundus comprehen
dat, &

dat, & ſpiritu, qui omnifariam cognatus non ſit, po tuiſſet à nobis ſpectari uel audiri. interiectis nanq; inanitatibus, ab ipſis ſenſus inhiberentur. Anguſtiſſimi quoq; oris uaſa in aquis ſubuerſa per aquæ influentis inanitates implerentur. At id non fit, quòd aëre compleantur, qui erumpere planeq; euadere non poteſt, quòd ipſorum ora ab aqua obſideantur. Suntq; infinita alia, de quibus dicere neceſſe nõ eſt, quibus id demonſtratur. In mundo ergo inane eſſe impoſſibile eſt. At Ariſtoteles, & eius ſectæ omnes, ne quidem extra mundum inane eſſe cõtenderũt. Oportet enim, inquiunt eius factionis philo ſophi, inane corporis uas eſſe. Atqui extra mũdum corpus eſt nullũ, & perinde ne quidẽ inane. Quod ſane ſubinſulſum ſimillimumq; eſt, ut ſi quiſpiam dicat: Quia in aridis, & aqua carẽtibus locis aqua eſſe non poteſt, ne quidem uas, quod aquam poſſit excipere. Nos ergo latere non debet uas corporis duobus dici modis: uno cum corpus habet à quo imbuitur, altero quod poteſt corpus excipere. Verum aiunt: Si extra mundum ſit inane, feretur per ipſum mũdus, nihil habẽdo quod cõtineat, quodq; ipſum poſſit ſuſpicere. Quibus reſpondemus, fieri non poſſe, ut per inane deferatur, quãdoquidem ad ſuum uergit medium, idq; habet deorſum quo uergit. Niſi enim id medium habeat mundus, & deorſum feretur deorſum per inane mũdus. quemadmo dum in oratione quæ eſt de meatu ad medium, demõſtrabitur. Et illud quoq; ab eadem dicitur factione: Quod ſi extra mũdum ſit inane, fuſa per ipſum eſſentia in infinitum diſpargeretur, atq; diſpeſceretur. Cui occurrimus, ne id quidem poſſe pati, habitum ſiquidem habet, qui ipſam continet atq; agglutinat, ac ipſam cõprehendens inane facit nihil. Hæc poteſtate eximia utendo, ſe conſeruat corripiẽdo,

Rationes refutat.

ac rurſus in ſe effundendo, iuxta ſuas naturales mutationes aliquando in ignem effundens, aliquando in mundanam cōcitata genituram. Inſulſum etiam eſt quod aiunt, ſi extra mundum ſit inane, id infinitum eſſe opus ſit. Quod ſi infinitum ſit extra mundum inane, etiam infinita corpora eſſe oportebit. Non enim de inani ambiguitatem conſequitur corpus eſſe infinitum: nam de inani opinio nuſquam eſſe deſinit, at in corporis notione illico etiā terminatum comprehenditur, nihilq́ poteſt habitus infiniti eſſe, quo pacto potuerit quod ſit infinitum ab aliquo cohiberi. Dicuntur autem etiam alia nonnulla ab ipſis ſimilia. Quod igitur extra mundū inane eſſe neceſſe ſit, ex his quæ demonſtrata ſunt deprehenditur. Quod uero id ab omni parte in infinitum penetret, maxime neceſſarium eſt. Hincq́ didicerimus omne terminatū in alterius generis aliud terminatur, quodq́ aliud à terminato eſt, ut ſtatim in cunctis aër terminatus in alterius generis aliud deſinit, æthera & aquā. Itidem æther in aëra, & cœlum, & aqua in terram, & aërem, & terra in aquam & aërem. Et ſimiliter noſtra corpora in alterius generis aliud terminantur, ſuperficiemq́ quæ corporis expers eſt. Neceſſe igitur etiam, ſi mūdum comprehendens inane terminatur, ut non ſit infinitū in alterius generis aliud deſinere. Atqui nihil eſt alterius generis aliud ab inani cognoſcere, in quod deſinat. Infinitū ergo eſt. Nam ſi norimus quicquam alterius generis aliud ab inani in quod terminabitur, id cōpletum eſſe opus erit: quodq́ compleuit, ratio nō pronunciat cunctorum corporum à mundo comprehenſorum, à quibus cognitum non contingere, ut uſpiam terminetur, quod extra eſt inane. Infinitum ergo eſt. Præterea ut omne terminatum, ab aliquo comprehēſum intelligitur, Quod ſi

Inane infinitū eſſe.

minus

minus, ne quidem fuerit terminatum. Ita etiã ſi Inane ab aliquo terminetur, ipſum comprehendi neceſſe eſt. Quid nã igitur id fuerit? corpus'ne? at id fieri non poteſt, quia nullum extra mundum corpus. Quod ſi etiam aliquod ſit rurſus id finitum, ab inani cõprehendi oportebit. Ac id porrò inane, ſi non erit infinitum ab alio corpore cõprehenditur. quod etiam ipſum rurſus ab alio inani comprehendatur neceſſe eſt, & ipſũ habere extrema oportuit. atq; hoc in infinitum uſq;. Et perinde corpora fuerint & multitudine, & magnitudine infinita, quorũ neutrum eſſe poteſt. Proinde ſi terminatũ eſt quod extra mundum inane, & omnino ab aliquo comprehenditur, à corpore autem non comprehenditur, ab incorporato itaq; comprehendatur. Quod nam igitur id erit, tempus'ne? an ſuperficies? dicendum utiq; eſt aliquid huiuſmodi. At id dicere recte nõ poſſis, ab aliquo horum inquam inane comprehẽdi. Opus igitur erit aliud eſſe inane, quod ipſum comprehendat, & hoc ab alio comprehendi opus erit quod non ſit infinitum, hocq; ab alio in infinitum uſq;. Atq; ita qui noluerint infinitum dicere extra mũdum inane, in neceſſitatem decurrent infiniti, inanium relinquendo alienas eſſentias, quod extremam habet abſurditatem. Neceſſe igitur eſt nobis confiteri infinitum extra mũdum inane eſſe. Cũ igitur infinitũ ſit, & corporis expers, neq; quidquã ſurſum habet, neq; infra, neq; ante, neq; pone, neque dextrorſum, neq; leuorſum, neq; mediũ. Hæ nãq; habitudines, quæ ſunt ſeptẽ de corporibus inſpiciuntur, quarũ nulla circa inane eſt. Ipſe autem mũdus cũ ſit corpus, habet aliquid ſupra, & infra, reliquasq; neceſſario habitudines. Anteriora quæ ad occaſum ipſius eſſe aiũt, quia ad occaſum impulſũ habet. Poſteriora uero ad ortũ, ab eis nãq; in anteriora procedit

cedit,unde eius dextera ad ſeptentrionem, læua ue ro ad meridiem erunt. Atq; hæ quidem ipſius habitudines nihil occultum habent. At reliquæ habitudines multã antiquis Phyſicis præbuere moleſtiam, multiq; per locum facti dilapſus ſunt, cum noſſe nõ poſſent in mũdo globoſæ figuræ, infra quidem ab ipſius toto medioxumum eſſe neceſſarium, ſurſum autem à totius medio ad extrema, ipſiusq; ſuperficiem penetrans: conuenientibus duabus habitudinibus in ipſo, & eiuſdem medio, & infra exiſtente. In profuſis figura corporibus his diſtinctis, in globoſis autem nequaquam, ſed conuenientibus duabus habitudinibus. A ſuperficie enim uergere neceſſe eſt ad ipſorum medium globoſis habitibus, atq; ita infra ipſas hæc habere in quæ diuergant. Id nimirũ mundo euenit, quòd ſit figuræ globoſæ: ideq; ſit infra & ipſius medium, hiſce habitudinibus in ſe confluentibus. Hoc ſanè in primis demonſtrabitur in oratione, quæ erit de meatu ad medium: in præſentia uero ab imaginatis à nobis ſenſu ſimplicius demonſtrabimus. Omnes igitur, in quo orbis terrarum climate ſimus, facile intuemur cœlum nobis à uertice imminere: quæ uero ipſius circumeant, cũcta nobis exiſtimamus declinantia. Deinde procedentibus ad quæcunq; terræ climata, quæ tanquam in declinatione fuerant imagine comprehenſa, nobis fiunt ad uerticem. Neq; id contingeret, niſi undiq; cœlum terræ incubaret, mundiq; medioxumũ ſit infra, à quo ad cœlum quod inſurgit ſupra nominatur. Et cũ mare nauigemus, in quo terra loco nõ ſpectatur circũcirca in horizonte (quẽ latina uoce dicimus finiẽtem) nobis cœlũ imaginamur aquam cõtingere. At cum eò peruenerimus ubi nobis imaginamur cœlum maris aquas cõtingere, rurſus ſpectatur ſuperne incubare; procedendoq; quouis na-

Mundi poſitiones.

Infra & medium in mundo idem eſſe.

Terram eſſe in mundi medio ex ſenſui apparentibus.

uigio


uigio id contingit. Proinde, ſi fieri poſſit, ut naui-gijs, uel quoquo modo aliter ambulando terra cir-cuatur, nulla pas erit ubi cœlum non ſuperne incu-bet. Et perinde mundi medium pariter tam infra quàm medium eſt. Verum hoc potius exarat diſci-plina, quæ de grauiũ corporũ meatu ad mediũ eſt.

De cœli orbibus.

ORbes in cœlo paralleli, hoc eſt, ſegmenta quinq; deſcribuntur. Vnus quidem qui diui due cœlum diſpeſcit, quem æquinoctialem appellamus: cuius utrinq; duo, ut æquino-ctiali minores ita inter ſe inuicem æquales, nomi-nanturq; tropici, quia per ſolis puncta tropica à no bis deſcribuntur, qui ultro citroq; ſolis limites ſunt extremi. Ad utrunq; porrò iſtorum alij totidem de-ſcribuntur, quorum unus quidem boreus uocatur Arcticus, cui contrarius Antarcticus auſtralis. Hi per alias atq; alias climatum differentias, alij apud alios maiores, & minores euadunt, & deniq; euane ſcunt. Et ubi nõ comparent, unus ſub aſpectũ prorſus non cadit, alter apparet perpetuus. His nimirũ cœli interuallis, quæ memoratis orbibus diſtingun tur, terræ partes quinq; ſubijciũtur. Vna ſub arctico, nempe Septentrione comprehẽditur. Altera ſuppo ſita ſpatio, quod inter ſeptentrionem & æſtiuũ tro-picum eſt. Tertia inter duos tropicos, quæ medio-xumum obtinens locum incubantem, ſuperne ſibi habet æquinoctialem. Quarta medium hyberni tro pici ſpatium, & Antarctici tenet. Quinta ſub Antar ctico. Has itaq; terræ partes Phyſici zonas ſeu cin-gula uocant, quorum extima utraq; ob gelu rigo-rem inhabitabilia eſſe perhibentur, ut medioxumũ propter æſtum habitationi non eſt obnoxium. In-ter quod & extima ſunt temperata. Temperatior ſi

Sic Proclus

quidem utraq; efficitur zona ab exuſta, & utraq; aſſiſtente, & cõtermina frigida. Rurſus harum temperatarũ utrãq; in duas diſpeſcunt parteis, in eã quã ſupra terram, & eam quam ſub terra eſſe opinãtur dimidiam, quatuor habitatas eſſe ferũt. Quarũ nos unã homines habere perhibent, alterã quos parœcos uocant, quod ualet circumhabitãtes, qui in eodem, quo nos, temperato climate ſub terra credun tur habitare, tertiam antoecos, quod eſt è regione habitantes, quartam nobis antipodas, qui obiectam è regione nobis habitant temperatam. Sunt uero ipſorum qui ſub terra clima incolũt, quos etiã antωmos, quod eſt humeris auerſos uocant. Atqui ſub terra Antipodes. Omnium nanq; in terra gradientium ad centrum terræq; medioxumum ueſtigia ſpectare neceſſe eſt. Nam cũ figuræ ſit ipſa globoſæ, inferne eſt medioxumũ. Vnde qui circũ nos habitant, neutiquam fiunt Antipodes, ſed qui intemperato ſub terra climate habitant, qui è regione nobis obijciuntur. Nam eorum ueſtigia noſtris ſunt oppoſita ueſtigijs, cum circa nos habitantium noſtra neutiquam ſpectent ueſtigia, ſed eorũ quos Antœcos diximus nominari, Et perinde hi rurſus inuicẽ inter ſe fiunt Antipodes. At qui ſunt nobis Antipodes, antœci fiunt eis, qui circum nos habitãt.



Simile. Tales ſunt hæ profecto habitudines, quales amicorum, & fratrum, non utiq; patrum & filiorũ, neq; ſeruorum & dominorũ. Ille ſiquidem ex altera parte ſibi correſpondent, noſtrorum enim Periœcorũ nos Periœci efficimur, & Antipodum Antipodes. Itidem Antœcorum Antœci. Sunt etiã nobis quædam illorũ ſingulis communia, & ſeparata.

Cum Periœcis commune. Ad Periœcos quidem communia ſunt nobis, primo quòd eandem temperatã habitamus. Deinde quod eandem hyemẽ habemus & æſtatem, horasq; alias, & augmenta

augmenta,& diminutiones dierũ pariter & noctiũ. Differũt autẽ diebus & noctibus. Nobis enim cum erit dies, illis noctem eſſe oportet: & uiciſſim obliquius hoc dicto,nõ examinata ratione cũ nobis ſol occiderit ſumit initiũ apud illos ortus, quia quã lõgus dies nobis fuit,tã illis nox longa tẽporaq́ɋ nobis permutãtur, quæ in augmento quæɋ in minutione dierũ ſunt,& noctiũ nũc globoſam terrã ambiẽs,circuẽsɋ ſol. quibus quãdocũɋ radios iaculatur terræ faſtigijs itinere ſuperinuectus eã illuſtrat, illuminatɋ. Inde ſupra terram adhuc nobis perſpectus illis oriri appareat neceſſe eſt. Cũɋ ſit globoſa terra ipſam ambiẽdo, per omnia ſcãdẽdo faſtigia, aliquãdo alijs imminet exoriẽs. Sed Antœcis ſunt nobis cõmunia, quod unũ,& illi & nos ſupra terrã habeamus hæmiſphæriũ. Secũdũ aũt nos habemus in eodẽ dies & noctes. hocɋ paulo latius dictũ. Si quidẽ cũ nobis dies eſt longiſſimus,illis eſt breuiſſimus. & cõtrà. permutatur nãɋ nobis cũ illis ſpaciũ tẽporariũ dierũ inquã ac noctiũ augumẽta & diminutiones. Verũ cũ Antipodibus nobis nihil eſt cõmune,quod omnia cõtra reſpõdeãt. Nã ſub terra inter nos inuicẽ climata habemus,& tẽpora habemus cõtraria die noctuɋ. Idẽ eſt de augmentis & diminutionib. dierũ. Quod autẽ eſſe oporteat periœcos & Antipodas, & Antœcos docet phyſiologia,quãdo quidẽ horũ nihil memoratur in hiſtoria. Neɋ enim ad Periœcos ullũ nobis eſſe iter põt, quod innauigabilis, & beluoſus nobis ad ipſos acceſſũ prohibeat oceanus:& ne quidẽ acceſſus ẽ ad eos nobis qui cõtra nos tẽperatã zonã habẽt,quãdoquidẽ torrida nõ põt à nobis ſuperari,quæ profecto tẽperata terræ climata æque quoɋ habitari neceſſe eſt. Nã animantiũ amica natura ẽ, & ubicũɋ cũctis rõnalib.& rõnis expertib. cõpleri animalib. potuit terra,ibi capit optio-

Cum Antœcis commune.

Cum Antipodibus commune nihil.

pit optionem. Hinc nobis eſt aperienda cauſa, qua partes aliæ rigeſcunt gelu, aliæ torrentur æſtu, aliæ ſunt temperatæ, & cur tempora permutãtur, augumenta & diminutiones, quæ ſibi inuicem opponuntur temperatæ dierum habent.

De globorum cœleſtium conuerſione.

CVm igitur cœlum circumcirca ſupra terram & aërem conuertatur, huncq; motum à prouidentia nactum ſit ad ſalutem, & uniuerſitatis diuturnitatem, id habens, cuncta in ipſo comprehenſa ſidera circumagat neceſſe eſt. Quorum alia à mundo conuerſa ſimpliciſſimum motum habent, & per omne cœlum eadem tenẽt loca. Alia uero mouentur quidem, & à mundo circumacta neceſſario ob illam cõuerſionem, ſed alio delecto mouentur motu, quo alio tempore partes cœli alias tenent. Is autem ipſorum motus mundano motu eſt obliquior, qui cœli motui uidetur contrarius. Quippe quod ab occaſu in ortum deferãtur. Prima itaq; omnium aſtra non errantia, quód cœlo hæreãt, uocitantur. Alia uero errantia, quandoquidẽ alias in mundi partibus aliis emicant. Hærentes igitur cœlo ſtellæ cuipiam ἐπιβάταις perſimiles uidebũtur, qui in ſuis poſiti locis à naui deferuntur à ſuo non cedentes loco. Errantes autem & uagæ cõtrario nauis motu ferri, tanquam à prora in puppis locũ procedant: quem obliquiorem motum formicarũ progreſſibus dixeris eſſe perſimilem, quæ in rota figulari rotæ motu repant contrario. Hærentiũ itaq; cœlo ſtellarũ multitudo eſt infinita. Errantes uero ſint ne plures, incertum eſt, ſeptem certe in noſtrã peruenere cognitionem: quarũ altiſſima eſſe nobis uidetur Phænon dicta (quæ Saturni ſtella) trigeſimo anno, unde cœpit, ſuum ambitum, & delectum motum

tum perficiẽs. Sub hoc Iouis eſt ſtella, uocata Phaẽton, quæ duodecim annorum ſpatio ſuum abſol-uit ambitum. Sub quo Pyrois, quæ Martis, incertio rem habens motum. Videtur itaq; etiam is duobus annis & menſibus quinq; ſuum conficere ambitum. Sub quo Sol eſſe intelligitur, qui aliarũ medius eſt ſtellarum, qui ſuũ circulum annuo peragit ſpatio. Hoc motu definit anni tempora quatuor, cũ mun-dano autem motu dies conficit. Sub Sole Venus eſt, annuam ipſa quoq; conuerſionem habens: no-minatur autem cum Solem cõſequitur occidentem Veſper: cum uero orientem antecedit, Lucifer. Quam ſtellam tam ἑωσφόρον, quàm φωσφόρον no-minare conſueuerunt. Sub Veneris ſtella eſt Mercu rij, quæ & Stilbon, hoc eſt radians dicta. eius quoq; annuũ eſſe curſum perhibent. Sub Mercurio Luna eſt omnium ſtellarum terræ proxima, quæ in æthe-re ad aẽris cõtactum eſſe memoratur, unde & opa-cum eius ſpectatur corpus. Quod uero lumine col-luſtretur, à ſole lumen mutuatur eius hemiſphærio ad ſolem ſemper conuerſo fulgente. Hæc ſuum per-agit orbem uiginti & ſeptem diebus, addita parte unius diei dimidia: ad coitum autem cum ſole tri-ginta diebus uenit. Hæ omnes ſtellæ contrario cœli mouentur motu, aliæq; in alijs perſpectæ, neq; in-ordinatum iter faciunt, neq; ut fors obtulit à mundi partibus incedunt, ſed per eum orbem qui ſignifer appellatur, ipſum neutiquam excedendo.

Errantum catholica.

De orbe ſignifero.

Eſt nimirum ſignifer circulus obliquus per tropicos & æquinoctialem proiectus, qui utrũq; tropicum uno in puncto contingit, ſed æqui-noctialem diuidue ſecat. Huius nempe ſignife-ri ſatis amplam habentis latitudinẽ, partes aliæ ſunt

ſeptentrio-

ſeptentrionales, aliæ auſtrales, aliæ inter has mediæ. Ideo etiam tribus ſcribuntur circulis, quorum medius ſolaris nominatur, alij altrinſecus, quorum unus ſeptentrionalis, alter auſtralis. Per hunc ſigniferum uagæ aliæ ſtellæ motu delecto, modo ad ſeptentrionem, modo ad auſtrũ accedunt. Solus ſol per mediũ duntaxat mouetur, nõ in ſeptentrionẽ, non in auſtrum uergens, ſed mundi ipſius ſeptentrionales & auſtrales partes petit, à tropicis ad ſolſtitia perueniẽs. in ſignifero aũt neutrã partem, ſed medioxumũ ſuo itinere orbem ſecat, unde etiã ſolaris circulus appellatur. At reliquæ uagæ ſtellæ, & mundi auſtrales, & ſeptentrionales, & ipſius ſigniferi partes petunt in ipſo obliquæ motæ. Permetiendo enim à ſeptentrione in auſtrum, atq; porrò inde in ſeptentrionem recurrendo, non rectam lineam neq; ſimplicem ſicut ſol, ſed obliquã per ipſum mouentur. Sed quandoq; à ſeptentrionali ad mediũ feruntur, & tum dicuntur faſtigiatim humiliari. Cum autem per medium incedentes in auſtrũ ſecedunt, dicuntur humiliter humiliari, recurrentes porrò ad medium, humiliter in ſublime eleuari. At cum à medio ſeptentrionẽ uerſus permearint, ſublimiter ſublimes fieri. Nam contingit ſeptentrionales ſigniferi partes plurimum ſupra horizontem eleuari, cũ auſtrales partes magis horizonti propinquæ fiant. Quod mundus à ſeptentrione in auſtrũ inclinetur in noſtro terrarum orbe, cum hoc pacto in ſignifero planetæ moueãtur, ſol inter tropicos mũdi emẽſus latitudinem, exurat ſubiectam terræ latitudinem neceſſe eſt, iam dicto inter tropicos interuallo. Cũ porrò neq; ab auſtralibus ad ſeptentrionalia iens, æſtiuum excedat tropicum, neq; ab hoc ad auſtralia hybernum tropicum, contingit ſub polis zonas gelu rigere, utpote quæ à ſole longiſſime abſunt,

quæ

quæ inter tropicos & arcticos eæ in latitudine collocatæ temperatæ ſunt, eademq́ꝫ cauſa eſt cur illæ gelu rigentes, & hæc torrida, & iſtæ in terra temperatæ ſunt. Quod porrò temperatis tempora permutentur, quod augeantur ac minuantur dies, huiuſmodi eſt cauſa. Cum figuræ ſit terra globoſæ, & undique ſub cœlo æque infra ſit, eius climata cõtingit, non eandem ad ſigniferum aſſequi habitudinem. alia enim ſub alijs cœli partibus ſunt. Vnde & complexionibus eſt differentia, ſicut eſt demonſtratum. In torrida igitur ipſius terræ medioxumũ ita habet, ut neque ad ſeptentrionem, neque ad auſtrum mundus inclinetur, ſed equiſſimam habet poſitionem ſuper horizonte, inſpecto utroq́ꝫ polo nullo orbe arctico in hoc climate exiſtente, ſed cuncta prorſus occidunt ſidera, & rurſus oriuntur, nullumq́ꝫ ſimpliciter ſemper apparere ibi poteſt. At ab hoc climate intemperatas uerſus abeuntibns, alteratior mundi poſitio imaginatur polorum, altero latitante, altero ſublato, & ab horizonte ſublimi. Si quiſpiam igitur illinc ad noſtram zonam eat temperatam, auſtralis ei polus occultatur, terræ inter eundem gibbi obijce, ſeptentrionalis autem ad faſtigium ab horizonte conſurgit: ſin ad alteram temperatam à torrida iter faciat, erit contrarium ſublato ab horizonte polo auſtrali, ſicut ſeptentrionali occultato.

De torrida.

Detur itaq́ꝫ quiſpiã à torrida in noſtrã ire tẽperatã, an nõ cũ adhuc ſub æquinoctiali fuerit utrũq́ꝫ polũ in horizõte ſpectauerit, neq́ꝫ occultabitur ei aſtrũ aliquod, neq́ꝫ perpetuo apparebit, & perinde ne quidem ullus arcticus circulus.

Circulus

Circulus nanque Arcticus eſt limes ſemper apparentium nobis aſtrorũ, Antarcticus uero limes ſemper occultorum. Cum cœperis huc illinc proficiſci, polus Auſtralis tibi occulitetur neceſſe eſt, gibbi terræ obiice, Septentrionalis autem ex faſtigij ratione attolletur. Et perinde ita inclinationem capit mũdus à ſeptentrione in auſtrum, ut aliæ partes occultentur, aliæ ei ſemper appareant, & circa polos aſtra. Septentrionales, qui circum hæc habitant, his ſubſternantur neceſſe eſt, ut itineris tulerit inclinatio, mundo ſemper magis ex itinere inclinatam capiente poſitionem. Septentrionalia ſigniferi ſublimia, ut plurimum in horizonte ſublata ſpectabuntur, auſtralia uero humilia, magisque ad horizontem accedentia. atque hoc modo à meridie ad ſeptentrionem iens, ad Græcũ terræ perueniet clima, ad quod ſua Aratus compoſuit phænomena, nempe apparẽtia ubi cõtingit ipſum horizontẽ draconis caput, & helices pedes. Huic Arctici magnitudini ſit æqualis neceſſe eſt, qui aſtra occulta limes comprehendit. Atque ita inclinato mũdo, deinceps noſſe oportet quamlibet hærentium cœlo ſtellarum cum mundo obuolutam, circa ſuum centrum circulum deſcribere, qui omnes ſunt paralleli. Cumque inter ipſos maximus ſit æquinoctialis, minimi qui circa polos mũdi ſunt, & perinde qui ab ijs ad æquinoctialem ſunt deſcripti, iuxta proportionẽ maiores euadunt, quo fuerit à polis maior diſtãtia. Qui porrò ab æquinoctiali ad polos habita ratione diſtantiæ, minores. Cum igitur & maximi, & minimorum, & mediorũ orbium hæc ita habeant, in climate; quod ſub æquinoctiali, dimidiata climata ſupra terram, & dimidiata ſub terra ſunt. Illinc huc itinere cõtendenti, ut polus attollitur, & mundus inclinatur, ita ne quidem orbes eandem cuſtodiunt habitudinem. Cæterum cum ſit

De inclinatione mundi eleganter.

cum ſit æquinoctialis maximus, & in duas partes mundum æque diſpeſcat, manet ad unguem dimidium ſupra terram. Omnis ſiquidem orbis diuidue dirimens mundum, aut horizon nempe finiens eſt, aut æque ab horizonte diuiditur, ut ſupra terram dimidium ſemper appareat, & dimidium occultetur. Quare cum ſit maximus æquinoctialis, eandem ſeruat habitudinem etiã inter temperatas. At ab ipſo ad polos euntibus, orbes neutiquam tales, ſed ipſorum quotcunq;, quo magis ad polum ieris ſeptentrionalem, eo maiora ſupra terram ſegmenta fiant neceſſe eſt, horũ ſublimiorum in noſtra temperata minora ſub terra ſunt ſegmenta. Quotcũq; uero ad auſtrum, è cõtrario, maiora ſub terra ſegmenta habent, ut minora ſupra terram, ubi ſimiliter totus arcticus occultatur, ut ſeptentrionem habitãtibus, apparet perpetuus, & perinde in noſtro temperato climate ita habet. Contrà uero in eregione poſito nobis temperato climate. Nam quæ humilia nobis, illis ſunt ſublimia: & contrà, ut ab auſtralibus ad mũdi ſeptentrionalia proceſſeris, illis inclinati. Nam ab æquinoctiali eò iter facientibus, ſeptentrionalis polus occultatur, auſtralis autem attollitur. Et perinde quæ ſunt illis ſublimia, nobis humilia: & contrà. Itaq; etiam arcticus ipſis orbis occultatur, ut cõtrarius attollitur. Cum hæc ita habeant, ſol à ſolſtitijs ad ſolſtitia per ſigniferum contendens, manifeſto omnes continget circulos, qui ſunt inter tropicos. Cum ergo à ſeptentrione in auſtrum iens, hybernũ tropicum contigerit, breuiſſimum nobis cõficit diem. Is nãq; orbis omnium quos ſol attingit, ſub terra maximum ſegmẽtum habet, ut minimum ſupra terram, & perinde nobis noctem tum maximam, & diem breuiſſimum faciat neceſſe eſt. Cum uero hybernum contigerit, ad nos ſe conuertit, ad mundi

f ſublis-

ſublimiora recurrens orbibus ſemper cõtingit ma‑
ius hyberno ſegmento habere ſuper terram. Atque
ita habita ſegmentorũ ratione dies capit incremen
tum ad æquinoctium uſq; nocte facta breuiore. Cũ
uero æquinoctialem cõtigerit, ſub quo æquale ſub
terra, ei quod ſupra terram ſegmẽtum, æquinoctiũ
facit. & hinc reliquum quod ſupereſt ad æſtiuum re
currens, quotquot orbes aſſequetur maiora ſupra
terram ſegmenta habẽtes, longiores noctibus dies
faciat neceſſe eſt. hoc procedente augumento, quo
ad æſtiuum orbem contigerit, qui maximum ſupra
terram apud nos ſegmentum habet omnium quos
ſol attingit, & ob hoc in æſtiuo ſolſtitio diem efficit
longiſſimam. Hinc porrò ad auſtralia curſu conten
dens, minora ſolſtitiali æſtiuo ſupra terrã ſegmen‑
ta facit, ex habita ratione diminuti diei, noctis ma‑
iora ſpatia facit, ad æquinoctialem uſq;, ad quem cũ
applicuerit, æquinoctiũ facit autumnale. Confeſtim
ipſum tranſeundo orbes attigit, qui minora ſupra
terram habent climata, atq; ita ab æquinoctio au‑
tumnali longiores fiũt diebus noctes, manetq; diei
comminutio quoad hybernum attigerit ſolſtitium.
Nox uero ſupra diem capit incrementum, quæ ab
hac conuerſione comminuitur, quoad æquinoctia‑
lem attigerit, uernumq; fecerit æquinoctium. Cum
hæc iuxta memoratos orbes ita habeant, qui humi
les nobis orbes, habentibus è regione temperatum
clima, ſublimes, & ſublati euadũt contrà. Ita qui no
bis æſtiuus eſt orbis, illis hybernus. Et ea eſt cauſa
cur ex altera parte ſibi correſpõdeant tempora an‑
ni, & augumenta, & diminutiones dierum in regio‑
nibus temperatis, in totumq; uniuerſalis augumen
ti & diminutionis dierum noctiumq;, cum in torri‑
da horum nihil ſit, ſed omnino æquinoctiũ. Quan‑
doquidem parallelorum æquæ partes ſupra terrã,
& ſub

& ſub terra ſunt. Per ſigniferum enim deſectum ſol efficiens motum, & alio tempore alias permeans partes, anni tempora complendo, æſtiuum quidem ſolſtitium facit, cum proxime ad nos peruenerit, maxime ſeptentrionalem deſcribendo circulum, & longiſſimum diem faciendo ut breuiſſimam noctem. ſolſtitium uero hybernum facit, cum longiſſime à noſtro climate abierit, fueritq́ humillimus ferè ad horizontem, maxime auſtralem orbem deſcribẽdo longiſſimam anni noctem faciendo, ut breuiſſimum diem. æquinoctium autem uernum facit, cum ab hybernis conuerſionibus ad ſeptentrionem & æſtiuũ tropicum iens, medius inter utrũq; iter faciendo, in duo æqualia mundum diſpeſcens, circulum deſcripſerit diem nocti æqualem faciẽdo. autumnale autem æquinoctium facit, cũ ab æſtiuo tropico in auſtrum & ad hybernum tropicum ſe conuerterit, medioxumus itidẽ inter extimos limites eundẽ æquinoctialem circulum deſcripſerit. Auctos autem exhibet dies ab hyberno tropico ad ſeptentrionales mundi partes ſcandens, minutas è cõtrario ab æſtiuo tropico in auſtrum tendens, atque hybernum tropicum.

De augumento dierum.

AVgumenta dierum & noctium neutiquã ſingulis diebus æque addunt & ſubtrahũt, ſed cum principium incrementi dies acceperit, primo quidem menſe totius exceſſus duodecima augetur parte, qua maximus minimũ diem ſuperat, ſecundo aũt ſexta, ut tertio quarta, & quarto ſimiliter quarta, & quinto ſexta, & ſexto duodecima. Proinde ſi ſex horis maximus excedit diẽ minimum, primo quidem menſe dimidia hora diei additur, ſecundo autem hora, tertio hora & dimidium,

ut trimeſtri trium horarum fiat additio. Et quarto ſimiliter, hora & dimidium adijcietur, quinto hora, ultimo hemihorium. Atq; ita ſex horæ complētur, quibus excedit maximus diem minimum, cauſa uero inæqualitatis incrementi hæc eſt.

Cauſa incrementi inæqualis dierum.

SIgnifer orbis per quem iter facit ſol, cũ ſit obliquus, & æquinoctialem in duobus ſecet punctis, utrunq; tropicorum uno in puncto attingat, æquinoctialem quidem & proximos parallelos rectior ſecat, & parum deeſt ad rectos angulos, ſed in tropicis obliquior, & magis inclinatus progreditur. Et perinde acutos faciendo angulos, cauſa fit cur obliquior ipſis procedendo & inſiſtendo. Per ſigniferum nanq; longum iter faciendo obliquior abſcedit à tropicis, in æquinoctiali uero cum ſit erectior, feſtinãtiores etiam acceſſus ad ipſum, & ab ipſo receſſus facit, diuina prouidentia talem ſigniferi affectionem ad tropicos efficiente ſenſim faciendo, non aceruatim horarum mutationes, neq; quæ tempora inter tropicos, & æquinoctia æqualia ſunt. A uerno enim æquinoctio ad æſtiuos uſq; tropicos dies ſunt nonaginta unus & dimidius, ab æſtiua conuerſione ad autumnale uſq; æquinoctiũ dies nonaginta tres & dimidius, ab hoc æquinoctio ad ſolſtitium uſq; hybernum dies octoginta octo, ab hyberno ſolſtitio ad æquinoctium uernum nonaginta quatuor. Sciſcitabitur quiſpiam cum ſint æquales ſigniferi partes quartæ, cur ſol ipſas tempore permeat inæquali. Cui occurrendum, quod ſi per ipſum ſigniferũ ſol iter faceret, tẽpore æquali, cunctas eius partes permearet, ſed orbis ſolaris media parte ſigniferi multo terræ uicinior eſt. Cæterũ & ſi ſubiectus ſolaris ſignifero idem cum ipſo haberet cen

st error cir
iter 46. horam

ſet centrum, & ueluti in tempore æquali quatuor partes ſui orbis ſol permearet. Nam à tropicis & æquinoctiali ductæ diametri in partes æquales, diri merent etiam ſolarem orbem. Nunc non idem centrum ipſos habere contingit, ſed eccentrus eſt ſolaris orbis, & ob hoc non ſecatur in quatuor partes æquales ab iam dictis diametris, uerũ ſunt inæquales ipſius circumferentiæ. Nanq; ſoli qui eiſdem centris inſtituti orbes, in partes æquales ſectas habent ex diametris circumferentias: at qui ſunt eccentri, nequaquã. Cũ ergo ſolaris circulus ſit eccentrus, ſolari circulo in duodecim diuiſo partes, æque ac ſignifero, cũ ſint ſigniferi ſectiones æquales, inæqualia ſegmenta ſolaris circuli ponuntur, & ipſius maximum quidem erit ſegmentum geminis ſubiectũ, minimum autem ſagittario. Quamobrem id etiam ſegmentum minimo tempore permeat, geminis uero longiſſimo. Ibi enim eſt altiſſimus, at in ſagittario terræ proximus, & in alijs porrò iuxta proportionem. Inde eius orbem eccentrum eſſe contingit, quia nõ in eodẽ ſemper mouetur faſtigio, ſed tam ſublimis itinere, quàm rurſus terræ proximus. Et ne quidem dies cum noctibus, quos naturales quidam uocant, ad libellam inter ſe inuicem ſunt æquales ut intelligitur, ſed ſolo ſenſu æquales eſſe cẽſentur. Nã mundi cõuerſio minor eſt neceſſario, quàm omnis cum nocte dies in quouis procurſu, mundo citius diurno cum nocte interuallo, ſuum ambitum peragente, quem ſol contra mundi motũ facit. Circũeunte enim idem punctum mũdo, necdum ſol in oriente ſpectatur, ſed cum ambitus orbis circumactus fuerit, quem perficiebat die cum nocte, ſol motu delecto, tum ipſe quoq; in oriẽte apparet. Quod ſi cũcta dodecatemoria nempe ſigna ſigniferi ſint æqualia, tempore etiã æquali oriri cõtigiſſet, diesq;

cum noctibus eſſent æquales. Nunc uero tropica ſi gna recta quidem aſcendunt, ſed obliqua occidũt, rectisq́ꝫ ſcandentibus ipſis, longius tempus ipſorum ortus fiat neceſſe eſt. Cum partes igitur ipſorũ ſol die cũ nocte permeat, iuxta proportionem ortum tardiorem facit. Horum euenit contrarium inſignis hybernis, & perinde ætheris cõuerſiones ſunt æqua les, dies autem cum noctibus nequaquam, ſi ad li bellam examen quæras, obliquius, ut diximus, ſole ad tropicos accedente & abeunte, & ob hoc diuti us circa ipſos commorante. Cũq́ꝫ ſub ipſis inquiũt, non ſit habitatio, ne quidem aliquanto intra ipſos. Syene tamen ſub æſtiuo iacet circulo, Aethiopia ue ro Syene adhuc interior, à quibus Poſidonius opi natus eſt totum ſub æquinoctiali clima eſſe tempe ratum. necnon quinq́ꝫ zonæ terræ eſſe à nobilibus pronuntiatæ ſunt Phiſicis.

An ſub æquinoctiali ſit habitatio.

Poſidonius, quem terrarum orbem torridum æſtum nominarunt, temperatum eſſe promul gauit. Nam ubi inquit, circa tropicos ſol diu tius uerſatur, neutiquam ea ſunt inhabitata lo ca, nec eis interiora, cur non multomagis ſub æqui noctiali fuerint temperata, cũ celerius hunc orbem ſol tranſeat, & rurſus æque celeriter adeat, nec in eo climate diutius commoretur? Enimuero cum in totum inquit, ſit nox diei æqualis ſub æquinoctiali, & perinde refrigerandi ſpatium ſatis amplum ha beat, ſitq́ꝫ eius aër in medioxumo, & umbræ terræ faſtigioſiſſimo, etiã imbres cadent, & ſufflabunt uen ti, ut poſſint aëra refrigerare. Quia in Aethiopia im bres enarrãtur per æſtatem iuges pluere, præcipue in ipſius articulo, unde etiam Nilus per æſtatẽ inun dare intelligitur. Poſidonius igitur ita cẽſuit. Opor tuit ſanè ita ſub æquinoctiali habere quod bis anni

In hac ſentẽtia fuit Auicẽnas

ſine

ſint apud eos tempora, quandoquidem etiã ſol bis illis fit à uertice, bina faciendo æquinoctia.

Contra Poſidoniũ, quod ſub æquinoctiali nõ habitetur.

QVi autem Poſidonij aduerſantur ſentẽtiæ, aiũt, quia diutius ad tropicos uerſatur ſol, oportet in hac Poſidonij eſſe ſentẽtia. Cæterũ à tropicis rurſus plus ſol diſtat, & perinde etiã qui ſub ipſis aër magis refrigeratur, poſſuntq́ climata habitari. Sed cũ ſit inter tropicos medius æquinoctialis, & parũ admodũ abſit, & celeriuſcule ad ipſum redeat, cũq́ ſub tropicis loca excipiãtur, à refrigerãtiũ zonarum flatibus eteſijs, fama etiã eſt ſolis ardorẽ refrigerato aëre demulceri. at æquinoctialẽ uſq́ hi non poſſunt peruenire: quod ſi trãſierint, æſtuoſa & flamoſa itineris ſpacia ſub ſole ſiet. Aequalis diei nox, per ſe nihil põt ad aërẽ illic refrigerandũ, cũ ſit uis ſolis ineffabilis, rectũq́ & ualidũ in id clima omnifariã radiũ iaculetur. Quia ab ipſo nõ magnopere declinat. Intelligitur aũt à Phyſicis magni maris plurimũ, in hoc climate ſubſterni, quod medioxumũ eſt ad aſtrorũ alimẽtũ, & perinde hic neutiquã recte uidetur ſenſiſſe Poſidonius.

De totius terræ habitatione.

TOta ut receptũ ẽ, habitatur terra. Habitationũ aliæ ſunt periſcij, aliæ heteroſcij, aliæ amphiſcij euadunt. Periſcij quidẽ ſub polis, quibus in diem & noctem annus diuiditur, cũ ſit incolarum horizon æquinoctialis, ſex ſignis in totũ ſupra terrã exiſtentibus, & ſex ſub terra. Circumquaq́ igitur ipſos circũſcribentes umbræ, periſcios faciunt, proxime ad polos mũdo in regionibus ſub polis obuoluto. Heteroſcij autem ſunt temperatæ. Quia cum circa meridiem ſol fuerit, zonam habentium ſeptẽtrionalẽ, ad aquilonem declinãt umbræ.

 ẽ regione

è regione nobis oppoſitam temperatam ad auſtrũ ijdẽ,ſed *ἀμφίσκιοι* qui ſunt ſub æquinoctiali. Ad auſtrum enim abeunte ſole,atq; hybernum tropicum, ab æquinoctiali ad aquilonem uergũt ipſorum umbræ: ad æſtiuum autẽ ab æquinoctiali eunte ad hũc conuertentur. Atq; hæc eſt de zonis terræ differentia. Illud uiciſſim hic nos præterire non oportet, quod per idem augetur & minuitur dies,cũctis noſtram temperatam habitantibus, nec tamen æqualis additio & ſubtractio apud omnes eſt. Cæterum multa eſt in his mutatio, alijs quidem minimum fit incrementum & ſubtractio,alijs uero maximũ,alijs medium.In cauſa eſt,quod non æque apud omnes mundus inclinetur, quod ſeptentrionalis polus inæqualibus partibus ab horizonte attollatur, ſed ad meridiem habitantibus parum,& ad ſeptentrionem plus,in horum medio mediocriter.Ad meridiẽ nãq; à ſeptentrione iter facientibus, humilior eſt neceſſario polus,minorq; mundi inclinatio.Illinc porrò ad ſeptentrionem euntibus è contrario. Nam in terra. qua ſub æquinoctiali uterq; polus in horizonte ſpectatur, ac,ut dictum eſt, cuncta parallelorum ſupra terrã & ſub terra ſunt æqualia ſegmenta,apud quos finiẽtis axis eſt dimetiens ſiue diameter: neq; aſtrũ aliquod ſemper apparet, neq; occultatur. Illinc ad nos euntibus in globoſa terræ figura qui ſupra nos polus eleuatur,& horizontes ſuccidunt,axisq; nullius amplius ipſorum dimetiens efficitur ob mundi factam inclinationem ſublati à plano, & poli ſublimitatem, orbesq; arctici alij apud alios emergunt, iuxta finientium interlapſus. Oportet ſiquidem arcticos, quæ apud ſingulos ſemper appareant aſtra, ad polum cõprehẽſa deſcribere, ex interuallo apud ſingulos horizõtes. Prope igitur torridã, & ad meridiem habitantibus minimi euadunt arctici, quod

mundi

mundi ſit inclinatio breuis, & polus parum à finien te eleuatus appareat. Ad ſeptentrionẽ uero, & prope gelidam zonam maximos eſſe arcticos neceſſe eſt, polumq́ ſatis amplam à finiente habere ſublimitatem, & perinde mundum plurimum inclinari. Qui uero medioxumi ſunt inter ſeptentrionem & meridiem, inter quos ſunt Græci, & quicunq; eundem incolunt parallelum, eis quæ dicta ſunt medio criter habẽt. Itaq; etiam parallelorum orbium, qui ſub ſingulis finientibus ſecti, in torrida in partes æquales, in alijs climatis in partes ſecãtur in æquales moderatæ habitu, apud hos quæ ſub terra, & ſupra terram maiora & minora ſegmenta, & perinde etiam iuxta dierũ augmenta & diminutiones, proportionali habebunt moderamine. Qui uero iuxta torridam habitant, non admodum magna habent augmenta & diminutiones dierũ, quod apud ipſos mundus parum inclinetur, exiguam faciendo mutationem ſectionis, quæ circa parallelos qua in partes inæquales à finientibus ſecantur. In gelida zona poſitum clima habent, ibi multa admodum eſt per augmenta dierum & noctium mutatio, mũdo plurimũ apud ipſos inclinato, poloq́ ſatis amplum à finiente habente faſtigium, & ob hoc maximum apud ipſos faciente arcticum, ut parum admodum ab æſtiuo abſit circulo. Vbi conſequitur, ut apud ipſos finientes immẽſiſſimam in partes inæquales parallelorum faciẽt ſectionem. Vnde & per dierum augmẽta & diminutiones, maxima apud ipſos habetur mutatio. Traditur itaq; in Britannia, cum ſol circa cancrum eſt, longiſſimumq́ facit diem, ut decem & octo horarum ſit dies æquinoctialium, nox autem ſex. Vnde etiã noctu tum lumen emicat, ſole ipſo ſecundum finientem procurrẽte, & ſupra terram lucem dimittẽte. Quod ferè ſit apud nos, cum

finienti propius acceſſerit ſol, ortu multum luminis admittente. Vnde & in Britãnia noctu lumen dicitur, ut ſcriptis proditũ eſt. Nam id fieri maxime neceſſarium eſt, cũ apud finientem tum ſol iter faciat, nec per profundum terræ decurrat, quod ſit ipſius circuli æſtiui minimum ſub terra ſegmentum, circa inſulam Thulem nomine appellatam, in qua fuiſſe Pythea Maſſilienſem philoſophum ferunt totũ æſtiuum eſſe ſupra terrã, & factum ipſis arcticũ. Apud hos cũ fuerit ſol in cãcro, dies eſt menſtruus, quod partes cancri omnes ipſis perpetuo appareãt, ſicut omnibus in quibus ſol ſemper apparet. Ab hac inſula in ſeptentrionem procedentibus, habita ratione etiam aliæ partes in cancro ſigniferi perpetuo apparẽt. Atq; ita quatenus apud ſingulos apparentes ſupra terrã ſol permeat, dies erit. Suntq; climata neceſſario terræ in quibus bimeſtris fiet dies, & trimeſtris, & quadrimeſtris, & quinquemeſtris. Sub ipſo polo ſeximeſtris eſt ſupra terrã, quatenus hæc ſol permeat quæ ſemper apparent, dies eiuſdem orbis erit, finiente arctico ipſis facto & æquinoctiali. Nam in Thule cõcidit æſtiuus tropicus arctico adhuc interiore. Arcticus excedit æſtiuum in partes ad æquinoctialem hic iuxta rationẽ facto. Eis qui ſub polo, æquinoctialis tres capit affectiones, factus arcticus, quod cõprehẽdat aſtra ſemper apparentia, nullo prorſus præter hæc aut occidente, aut oriente. Dicitur finiens, quod diſpeſcat mũdi ſupra terram hemiſphærium ab eo quod ſub terra. Aequinoctialis porrò quod diſpeſcat ipſis in partes æquales, diem & noctem, qui eunctis alijs per æque æquinoctialis eſt, nec dum finiens aut arcticus, ac iuxta differentias dierum & noctium. De augumentis & diminutionibus hæc dicta ſint. Apud omnes per æque ex æquatis tenebris, & luminibus aëris. In

torrida

torrida æquales omnifariam noctes diebus, at in aliis climatis alio exequantur modo. Ita apud ſingulos maximis diebus maximis noctibus ex æquatis, neque tenebris, neque luminibus aëris apud aliquos ſuperfluentibus. Sed in partes æquales, toto anno hæc dirimente memoratæ differentiæ totius, cauſa eſt terræ figura, quæ globoſa, ac ipſe multo ante mundus. In aliis nanque figurarum faciebus iam dictorum nihil eſſe poteſt. Demonſtrabimus deinceps ut totus hac figura conſtet mundus, necnon eius præſtantiſſimæ partes.

Quod mundus ſit globoſus.

QVod mũdus ſit globoſus, niſi aſpectus ipſe nobis uidetur explicare, neutiquã de eius figura tulerimus ſententiã. nec enim cuncta nobis, quatenus habẽt, ſub imaginationem uenire cõſueuerũt. Proinde ab euidentioribus & liquido apparentibus nobis, ad ea quæ nõ ex ſeſe manifeſta, de apparenti conſequentia conuenit accedere. Itaque ſi demõſtrauerimus ſolidiſſimam ac denſiſſimam eius partem terram, globoſæ eſſe figuræ, facile ab ipſa ad reliquas eius partes accedendo nouerimus omnia globoſa eſſe, & perinde etiam ipſa uniuerſitas talem habet figuram. Multæ nimirum à priſcis traditæ ſunt Phyſicis de terræ figura differentiæ. Ipſorum nanq; quidam ſuam ex aſpectu ſecuti imaginationem terram eſſe latam & planam figura pronunciauerunt. Alij deprehendẽtes, quod ne quidem in ipſa aqua permanere poſſit, niſi profundam, cauamq; figuram habeat ipſam hac figura conſtare uoluerunt. Alij cubicoſam quadrangulam'que eſſe pronunciarunt, alij Pyramoidem. At noſtri, & omnes mathematici, necnon Socratici Sicut nauis

complu-

complures globoſam terræ figuram eſſe confirmarunt. Præter dictas igitur figuras ipſi nõ facile quãpiam aliam accõmodaueris. Neceſſario id uerum ex diſiunctis colligetur, aut lata & plana eſt terra, aut caua & profunda, aut quadrata, aut pyramoides, aut globoſæ figuræ. Recipiendo igitur diſiunctum tanquam uerum (iuxta id quod eſt à dialecticis appellatum ex pluribus) ad quintũ indemõſtrabile progredientes, demonſtrabimus globoſæ figuræ eſſe terrã. Nam dicemus, præterea neq; lata eſt, neq; caua, neq; quadrangula, neq; pyramoides, ut hæc demonſtrabimus: deinde ipſam oſtendemus eſſe globoſam neceſſario. Quod igitur plana non ſit, hoc pacto didicerimus.

Quod non lata.

1. finitor — SI latæ planeq; figuræ ſit, unus apud omnes homines fuerit finiens. Neq; enim in tali figura eſt noſſe quo pacto finientes intercidant. Quod ſi unus ſit finiens, eadẽ ratione apud omnes ortus & occaſus fient, & perinde principia dierum & noctium eodem pacto fient. At hæc non ſunt, ſed plurima in dictis terræ climatis apparet mutatio, apud alios aliã tam occidẽte, quàm oriente ſole. Perſæ nanq; ad orientem habitantes, quatuor horis dicuntur primi ſolis iactus excipere, antequàm Iberi excipiant occaſum habitantes. Hæc autem etiam ex alijs cõuincuntur. Ex ſyderũ quoq; eclypſibus. Iis nanq; apud omnes deficientibus, nec tamen eadẽ hora inueniuntur apud Perſas facere eclypſim, ſed apud alios habita proportiõe. 2 Eleuatio poli — Præterea ſi latæ & planæ ſit terra figuræ, æqualiter apud omnes polus finiẽti appareret inſiſtere, idemq; circulus arcticus, quorum in ipſis apparentijs neutrũ eſt, ſed apud Syenitas & Aethiopas minimũ à pelago appa-

go apparet faſtigium, maximum autem apud Britannos, in medijs climatis iuxta proportionem. Abeuntibus à meridie ad ſeptentrionem, occultantur aſtra quædam, quæ ad meridiem ſpectantur, & in ſeptentrione quædam ſpectantur, quæ tum nuſquam comparebãt. Ac ſiquis à ſeptentrione ad meridiem contendat, ecõtrario fit. Quorum nihil eueniret, ſi terræ figura lata eſſet, & perinde unus eſſet finiens. Nõ ergo hanc nacta eſt figuram terra. Contigeret quoq; dies apud omnes æquales eſſe. Quorum omnia ſunt cõtraria in eis quæ apparent. Præterea ſi latam planamq; nata ſit figuram terra, centum miliũ tota mũdi ſit diametros, quæ dimetiẽs nominatur. Habitantibus enim in Lyſimachia, ad uerticem immineat draconis caput, at in Syenes loco ſupereminet cancer. At per Lyſimachiã & per Syenem eunti, meridiani quintadecima pars eſt à dracone ad cancrum circumferentia, ut ex ſciothericis demonſtratur. At totius circuli quintadecima quinta ferè diametri efficitur. Si igitur planam terræ faciem dederimus, perpẽdiculares in ipſam ducamus ab extremis circumferentiæ, quæ à dracone in cancrum uenit. Attingent diametrũ quæ dimetitur per Syenen & Lyſimachiam meridianũ. Erũt igitur inter duas perpendiculares uicena milia. uicena nãq; milia ſtadiorum à ſyene ad lyſimachiam. Quia igitur quinta pars totius dimetiẽtis id interuallũ, centum miliũ totus meridiani dimens erit. Atqui centum milium dimetientem habens mũdus, maximũ habebit orbem tricena ſtadiorum milia, ad quẽ terra puncti uicem habens ducentorum quinquaginta milium ſtadiorum eſt, ſol uero eius multiplex, minima cœli pars eſt. Quo pacto igitur hinc non eſt manifeſtum fieri non poſſe, ut terra ſit plana.

Quòd

Quod non caua terra.

1. Verſus ortum & occaſum — QVod uero non profundæ, non cauæ ſit figuræ hinc noueris. Si hanc terra habeat figurã, prius Hiſpanis quàm Perſis dies emicuerit. terræ edita parte accedentibus obiecta, at diſtantibus magis, re nulla officiente proſpectui. Nam cum cauum in ſole quicquam fuerit, ad ſolem conuerſa pars ipſius, opaca fit in ſolis ortu, at è regione poſitum eluceſcit. Et in totis igitur ita propemodum contigerit caua terræ figura exiſtente. Primi nanq; in occaſu ortum conſequerentur. nunc èx apparentibus noſcitur contrarium.

2. Verſus Boream & auſtrum — Etenim polus arcticus plus appareret imminens finienti, eis qui ad meridiem, in tali terræ figura, obtectis eminentia ſeptentrionalibus. Itidem plus aſtra apparerent ſemper in hocce climate, eis qui ad auſtrum, maiorq; uiciſſim arcticus circulus. Quorum omnia in aſtris apparentibus ſunt contraria.

3. Quiq; in profundiſſima cauitate habitantes, nullo modo poſſent ſex ſigna ſupra terrã ſpectare, inde ne quidem æquinoctialis dimidium. Nos enim cũ in profundiorem locũ deſcendimus, cœlumq; ſuſpicimus, puſillam partem eius intuemur, nec totum, ut par fuit, ſpectamus hemiſphærium.

4. Noctesq; omnifariã maiores diebus eſſent, circumferẽtia cœli imminẽte cauitati, multo maiore exiſtente circumferentia, quæ non immineat cauitati, cum ſit erecta terra in mundo medioxuma.

Si cubicoſa terra & quadrangula, aut Pyramides.

SIn fuerit terra cubicoſa & quadrangula, contigerit ſex horarum fieri diem, ut noctem decem & octo, quolibet cubi latere, ſex horas lucis admittente. Quod ſi terra ſit pyramides, octo horis quodlibet latus ſplendeſceret ipſius. Cum igitur harum

harum nihil figurarum apparentiæ oſtendant, conuincitur ipſam neceſſario eſſe globoſam. Iuxta ex pluribus quintum. At eſt ſpectantibus præcipue ex apparentibus ſimiliter demonſtrare, ut globoſa ſit terra. Quibus enim oſtenſum eſt, nullam dictarum figurarum terræ deputatam, eiſdem demonſtratur eſſe globoſa. Primo nanq; in ipſis finientes intercidunt. Deinde non eadem apud omnes aſtra ſpectantur ad ſeptentrionem ac meridiem, neq; poli faſtigium, neq; arctici magnitudo, neque dierum noctiumq; magnitudines. Quæ cuncta manifeſte oſtendunt terræ figuram eſſe globoſam, quòd in figura quauis alia, nihil poſſit eorum quæ appareant fieri. Nam cum in mari, propius terræ acceſſerimus, promontoria primũ uiſus aſſequitur, alia uero ſub culmine occultantur. Deinde ſuperando uiam altitudines, & culmina ſuperuecti, & montium tranſcundo cauitates, & quæ præpediunt. In ipſis uero nauigijs quæcunq; partes non ſpectantur, ex ſtratis rebus, & cauitate nauis, eas arborem nauis ſcandẽdo obiecta culmina ſuperando ſæpe ſpectare cõſueuerũt. Naueq; à terra abeunte, primum ſcapha occultatur circa arborem ſpectantibus. Et cum ex mari terræ appropinquauerit, ſimiliter primum ſpectãtur uela, at ſcapha occultatur ab aquæ faſtigio, quæ cuncta ſolis linearibus demonſtrationibus apparẽt ut globoſa terræ figura.

Ε ϖλογος

Quod aër & reliquæ partes globoſæ.

NEceſſe igitur eſt etiam circumfluum aërem eſſe globũ ab ipſius toro ſublatis exhalationibus contractis, & perinde aëris figuram ſimilem facientibus. Præterea etiam ſolida corpora poſſunt multifarie figurari. At in ſpiritali & ignea eſſẽtia cũ per ſe fuerint, nil tale fieri molietur. *

Hec Copiosius in 2° de Coelo & mundo Arist

Ad id

Ad id igitur quod ſuum eſt ipſorum naturæ, acceſſit hæc explicata figura, & quæ à medioxumo omnifariam explicantur, cum ſit ipſorũ mollis eſſentia: nec ſit quicquam ſolidum, quod partes aliter figuret. At cum ſit aër globoſus, ita etiam eſt æther. cunq; ſit circũplectens, talis neq; in angulos ab aliquo declinetur ſolido, neq; in ſpatioſum quicquam figuratur ui illata ulla, etiam ipſe globus ſit neceſſe eſt. Quamobrem mundum uniuerſum hanc figurã habere oportet. Illud quoq; nos maxime debet perſuadere, quod omnium corporum perfectiſſimũ ſit, id perfectiſſimam habere figuram, cumq; omnium corporum ſit abſolutiſſimum mũdus, ut figurarum omniũ globus, quæ poteſt cuncta ambire, quæ eadem continentur diametro: neq; figura alia quæpiam globum poteſt comprehendere, quæ eandem habeat diametrũ, maxime neceſſarium eſt globum mundum eſſe.

Quod terra mundi ſit medium.

QVod à mundo cõprehenſa terra ipſius medioxumum obtineat, rurſus ab acceſſu plurium quintum ſine demõſtratione aggreſſi conſtituamus. Nam eiuſmodi diſiũctum & uerum & neceſſarium eſt. Terra à mundo comprehenſa, aut ad ortum eſt aut ad occaſum: aut ad ſeptentrionẽ aut ad meridiem: aut ſublimior aut humilior medio: aut ipſum medioxumum mundi obtinet. Verum primorum nihil habet: ultimum ergo, ut demonſtrabimus, eſt uerum. medium ergo mundi ipſam obtinere neceſſe eſt. Quod igitur ad ortũ non ſit, hinc manifeſtum. Nam ſi ad ortũ fuerit, ſurgente ſole breuiores erunt luminatorũ umbræ, occidente autem maiores explicabuntur. Nam ſi uiciniora fuerint luminata, minores fiẽt umbræ: ſi lon-

glus

gius diſtabũt iuxta diſtantiæ rationẽ, maiores euadere conſueuerunt. Enimuero etiam cuncta orientia nobis, maiora apparerent. quia uiciniores ortui ſimus: at occidentia quia nobis remotiora, minora uiderẽtur. primæq; diei ſex horæ eſſent breuiſſimæ, ſole confeſtim ad uerticem conſcendente: à ſexta uero longæ, ueluti à uertice, interuallo (utpote ad occaſum) maiore exiſtente. quorum in eis quæ apparent nihil eſt. Non ergo ad ortum magis eſt terra. ne quidem magis ad occaſum: nam contraria omnia prædictis contingerent. Sin ad ſeptentrionem ſit magis terra, eueniret in omni ortu ad hoc clima umbras luminatorum extendi. Sin ad meridiem ſit, ad meridiem etiam umbræ inclinarint tam oriente quàm occidente ſole. Nunc uero horum nihil euenit. ſed in æquinoctialibus oriente ad æquinoctialem occaſum declinarent umbræ, occidente uero ad æquinoctialem ortum. In hybernis ſolſtitijs oriente ad æſtiuos occaſus, occidente uero ad æſtiuos ortus. Cum porrò hinc ſurrexerit, in occaſus hybernos ſit umbrarum acclinatio. Occidente ad hybernos ortus, ut umbrarũ fiat decuſſatio, X literæ faciem habens, unde in aliquod harum clima non uergit terra. Sin medio ſit ſublimior, pars mũdi dimidia ſupra terram non apparuerit, neq; ſex ſigna & centũ & octoginta partes, neq; æquinoctialis dimidiũ. Sed his omnibus minora. unde noctes diebus omnino contingeret eſſe màiores. Quod ſi medio ſit humilior prædictis, cuncta euenerint contraria, maiore exiſtente ſupra terram hemiſphærio. Proinde neq; in ſublimi, neq; in deiectu eſt humili. oſtenſum eſt, quod ne quidem in aliquo quatuor climatum. ipſum ergo mundi medioxumum obtinere neceſſe eſt. Præterea grauiſſimam omnium in mũdo corporum, & infimum omnium, quod idem

eſt ac medioxumum.

De terræ magnitudine.

De terræ magnitudine complures ſunt Phyſicorum ſententiæ, ſed in primis antecellũt quæ Poſidonij & Eratoſthenis, & geometrica doctrina ipſius demonſtrãt magnitudinem. Poſidonij certe ſimplicior eſt ſententia. ipſorum tamen uterq;, nonnullas ſibi aſciſcit hypotheſes. conſecutione hypotheſium ad demonſtrationes accedit. Poſidonij primo referamus ſententiã. Sub eodem inquit igitur meridiano poſita Rhodus &
1 Alexandria. Sunt autem meridiani circuli, qui per polos deſcripti mundi, & per punctum quod à uertice imminet, ſingulis per terram euntibus homini bus. poli igitur ijdem omnium, at ad uerticem punctum aliud aliorũ, unde infiniti deſcribi poſſunt meridiani. Rhodus igitur & Alexandria ſub eodẽ poſita eſt meridiano, interiectum utriq; ciuitati inter-
2 uallum quinq; milium ſtadiorum eſſe exiſtimatur, atq; ita habere ponatur. Sunt uero cuncti meridiani maximorũ in mundo orbiũ, ipſum in duas æquales partes diſpeſcentes, perq; ipſos deſcripti polos.
3 cũ hæc ita habere poſita ſint, deinde Poſidonius, ut par eſt, ait ſigniferũ æqualem meridianis (quandoquidem ipſe quoq; mundum in binas partes diuidit æquales) in quadraginta octo partes ipſum diſpeſcit, ſingula eius ſigna in quatuor partes diuidẽdo. Si igitur etiam per Rhodum & Alexandriã meridianus in eaſdem quas & ſignifer dirimatur, quadraginta & octo partes, æqualia erũt ipſius ſegmẽta iam dictis ſigniferi ſegmentis. Nam cum magnitudines æquales, in partes diuiduntur æquales, partes diuiſarum magnitudinum æquales eſſe neceſſe eſt, Cum igitur hæc ita habere receptũ, & confeſſum ſit,

ſit, dein inquit Poſidonius canobus ſtella ita appel 4
lata, luciďiſſima eſt, ad meridiem in temone Argus, ea in Græcia neutiquam ſpectatur, & perinde neq; Aratus in Phænomenis ipſam memorauit: à ſeptentrione autem in meridiem euntibus primum in Rhodo ſub uiſum cadit, infinitēq; perſpecta, cōſe finiente.
ſtim ex mundi conuerſione occidit. At cum à Rhodo quina ſtad. milia Alexādriam uerſus nauigaris in Alexandria ipſa, ab horizonte ſublimis apparet, in medio ad libellam cœlo pars ſigni eius quarta, quæ eſt quadrageſima octaua, pars meridiani per Rhodum & Alexandriam. Neceſſe igitur etiam imminens eiuſdem meridiani ſegmentum interualli, quod eſt inter Rhodum & Alexandriam quadrageſimam octauā partem eius eſſe, quod finiens Rhodiorum à finiente Alexandrinorum abſit quadrageſima octaua ſigniferi orbis parte. Quia igitur hoc interuallo poſita eſt terræ pars quinq; milium ſtadiorum eſſe, & aliјs ſubiecta ſegmentis quinq; milium ſtadiorum eſſe comprobantur, & is maximus terræ circulus inuenitur ducentorum quadraginta milium, ſi fuerint à Rhodo in Alexandriam quina milia: ſin minus ad rationem interualli. Atque hæc Poſidonij doctrina de terræ magnitudine. Ambitus terræ iuxta poſido.

Eratoſthenis ſententia de terræ magnitudine.

ERatoſthenis autem ratio geometricis cōprehenſa argumentis, quiddam obſcurius uidetur continere, ſed ab eo dicta faciemus aperiora hypotheſibus præmuniendo. Primo igi 1
tur nobis receptum ſit ſub eodem meridiano eſſe
Syenen, & Alexandriam, mediumq; harum ciuita 2
tum interuallum quinq; milium ſtadiorum eſſe, ter
tioq; dimiſſos radios à differentibus partibus ſolis 3
ad differentes terræ partes parallelos eſſe. Ita nāq;

 ipſos

ipſos habere geometræ conſtituerunt. Illud porrò quartum ponatur à geometris demonſtratum, in parallelos dimiſſas rectas lineas, mutuos angulos æquales efficere. Quinto ad æquales angulos peruenientes circumferentias ſimiles eſſe, hoc eſt eandem proportionem, eandemq; habere rationem ad ſuos circulos hoc etiam à geometris demonſtrato. Cum enim circumferentiæ ad æquales angulos peruenerint, ſi una quæuis ipſarum fuerit pars decima ſui orbis, etiam reliquæ omnes, decem partes fient ſuorum orbium. His perceptis difficilis nõ erit Eratoſthenis diſciplina, quam hoc pacto perpenderis. Sub eodem, ait, eſt meridiano Syene & Alexandria. Quia igitur maximi in mũdo meridiani, oportet etiam eis ſubiectos terræ orbes, maximos eſſe. Neceſſario itaq; quantum per Syenen & Alexandriam uenientem terræ circulum hæc diſciplina demonſtrauerit, tantus eſt maximus terræ circulus. Ait ergo hoc modo: Syene ſub æſtiuo tropico poſita eſt circulo. Cum ergo ſol fuerit in cancro, ſolſtitiumq; faciet æſtiuum, & medium cœlum ad libellã obtinuerit. ab umbra immunes ſint neceſſe eſt, horologiorum gnomones, ſole ad unguem poſito ad perpendiculum. hæc ratio facit dimetientem ad ſtadia trecenta. In Alexandria uero eadem hora iactant horologiorum gnomones umbram, ſicut eſt, ad ſeptentrionem magis quàm Syene, hac ciuitate poſita. Sub meridiano igitur ac maximo circulo poſitarum ciuitatum ſi circumagamus circumferentiam, ab extremo umbræ gnomonis, ad baſim ipſam gnomonis in Alexandria horologij, ipſa circumferentia ſegmentum fiet maximi in foſſura circulorum, quia maximo circulo ſubiacet horologij foſſura. Si igitur intelligamus deinceps rectas lineas per terram productas, ab utroq; gnomone ad

terræ centrum coincident. Quoniã igitur in Syene horologium ad perpendiculum ſoli ſubijcitur, ſi rectam lineam intelligamus à ſole uenientem ad extremũ horologij gnomonem, una fiet recta linea, quæ à ſole ad centrum uſq; terræ peruenit. Si igitur alteram rectam lineam intelligamus, ab extrema gnomonis umbra ad ſolem reductam, ab Alexandriæ foſſurã, ipſa etiam memorata recta linea, fient paralleli, à differẽtibus ſolis partibus ad differentes terræ partes penetrantes. In has itaq; quæ paralleli ſunt, incidit recta linea, quæ à centro terræ ad in Alexandria gnomonem perueniens, ut mutuos angulos faciat æquales. Quorum unus in centro terræ per coincidentiam rectarum linearũ, quæ ab horologijs actæ ſint, in terræ centro factus; alter per collapſum extremi in Alexandria gnomonis, & ab extrema eius umbra ad ſolem, per ad ipſum contactum reducta factus, & in hac uenit circumferentia, quæ ab extrema gnomonis umbra ad baſim ipſius circumacta: in eis autem qui ſunt ad centrũ terræ, à Syene perueniens in Alexandriã. Similes igitur circumferentiæ ſunt inter ſe inuicem, in angulis peruenientes æqualibus. Quam ergo habet rationẽ, qui in foſſura ad ſuum orbem eam habet rationem, etiam à Syene in Alexandriã perueniens, quæ in foſſura quinquageſima pars inuenitur ſui orbis. Oportet igitur neceſſario & à ſyene in Alexandriam interuallum quinquageſimam eſſe partẽ maximi terræ circuli, idq; eſt ſtadiorũ quinq; milium. Vniuerſus ergo circulus fit ducentorum quinquaginta milium. Atq; hæc eſt doctrina Eratoſthenis. Ponuntur etiam in hybernis ſolſtitijs horologia in utraq; ciuitate, & utraq; iactante umbras, neceſſario maior inuenitur in Alexandria, quod longius abſit à ſolſtitio hyberno hæc, ciuitas. Ca-

piendo igitur umbræ exceſſum, quo exceditur quæ in Syene ab ea quæ in Alexandria, eam quoq; inueniunt partem quinquageſimam maximi in horologio circuli. Et perinde etiam ab hoc dinoſcitur ducentorum quinquaginta milium maximus terræ circulus. Erit itaq; totius terræ dimetiẽs ſupra octoginta milia, ut habere oporteat tertiam partem maximi in ipſa orbis. Qui itaque aiunt terram globoſam eſſe nõ poſſe, ob maris cauitates, & montium faſtigia opinantur. quod à ratione admodum abeſt. Neq; enim editior mons quindecim ſtadijs ad perpendiculum inuenitur, neq; maris profunditas triginta ſtadia ad ſummum ad ſtadiorum octoginta milia ullam habent rationem. ſed uel tale eſt, ut ſi in pila ſit puluiſculus quiſpiam, & eminentiæ, circa ſphæria platanorũ non prohibent ipſa eſſe ſphæria. Quanquam hæ maiorem habent rationem ad totas ſphæriorum magnitudines, quàm cauitates maris & montium faſtigia ad totius terræ magnitudinem. Quanta ſit terræ magnitudo, ex iam dictis præceptionibus eſt demonſtratum. Non modo ad totius mundi magnitudinem, punctirationem habere multis conuincitur argumentis, ſed etiam ſolare faſtigium. At multo maior eſt globus aſtra hærentia cœlo continens. Quemadmodum igitur amphorarum centena milia per ſe inſpecta, magnitudinẽ ingentem habent: in maris autem comparatione rationem habent nullam, ſed ne quidem ad Nilum, alium'ue quempiam magnum fluuium, ita terra per ſe in quæſtione habita, amplam habere uidetur magnitudinem, cuius dimentiens eſt ſupra octoginta milia, neque tamen ad ſolare faſtigium quampiam rationem habere uidetur. & ne quidem multo magis ad totius mundi magnitudinem. Oportet nanq; magnitudinem ad magnitudinem habere

bere rationem, cum maior minorem metiri potue-rit. Verbi cauſa, ſi decupla fuerit tibi dicenda uel de ciesmilies tanta: at aquæ amphora neutiquam ma-re metietur, at ne quidem Nilum. Quemadmodum igitur amphora nullam habet ad ea quæ dicta ſunt rationem, ita ne quidem magnitudo terræ ratio-nem habet ullam ad mundi magnitudinem. Id ad-modum multis eſt comprobatum argumentis, per lineares obtentis demonſtrationes. Primo nanque ſol cum ſit multo maior uniuerſa terra, mariqꝫ, quē-admodum mox demonſtrabitur: tantus tamen pe-dalem nobis ſuggerit imaginem, cum ſit fulgentiſſi-mus. Intelligere igitur nobis par eſt, ſi à ſolari faſti-gio in terram oculos deiecerimus, aut prorſus ni-hil cernimus, aut ſtellæ perexiguæ uidetur magni-tudo. Quod ſi fieri quæat, ut ad ſolem uſqꝫ attolla-mur, cæteraſqꝫ uagas ſtellas, terra à nobis ſpectari non poterit, ne quidem etiam ſi ſolis fulgorem obti-neat, ut par ſit hærentes quoque cœlo ſtellas terra eſſe maiores, cum à terra cernantur, è terra ipſa à uagarum ſtellarum globis ſub uiſum cadere non poſſit, quod ſole multo ſit minor, licet ſol locū hæ-rentium cœlo ſtellarum poſitus, non maior forte in obtutum caſurus ſit ſtella. Liquet ergo ex his pun-cti uicem terram obtinere mundanæ magnitudini collatam. Vndiqꝫ enim à terra tam æqualia uiden-tur quàm forma ſimilia. Quod non eueniret, niſi o-mnes à terra ad cœlū productæ lineæ rectæ eſſent æquales, ut ſit neceſſe centri rationem terram habe-re. Quod etiam arguūt ſigniferi partes duodecim, quando ſemper ſupra terram ſex ſigna comparēt, quam nullā leuat ab oculis terræ tumor, & ne ſcru-pulum quidem partis ullum. quandoquidem ſem-per ſupra terram octoginta ſupra centum partes, è terra emerſiſſe ſpectantur: pars quoqꝫ æquinoctia-lis

1. probatio ab apparenti quantitate ☉.

Quia multo longius Sole distant.

postquam

2. probatio ubique spectatur medietas coeli.

Sol cum sit maximus vix pes 1 dalis apparet. Ergo terra vix cernetur de ☉. multo minus à stellis fixis. Probo 1. consequentiam quia Sol maior terra. 2. quia stellæ fixæ longius distant ☉. 2. stellæ fixæ cernuntur in terra. Ergo sunt maiores terra quia terra non posset conspici de stellis fixis. Quia vix

vbi dies ne minima quidẽ portiuncula noctes excedunt.

lis dimidia ſupra terram ſemper, ut uidere ex æquĩnoctijs licet, ~~citra differentiã ullam~~. Quod nõ eueniret ſiquid æquinoctialis terra demeret aſpectui, & octoginta milia, aliquam haberet terræ craſſitudinis rationem ad cœlum, quod oculis quoq; uſurpatur. Sunt binæ ſtellæ tam colore, quàm magnitudine ſibi inuicem perſimiles dimetiẽte oppoſitæ, Scorpij una, altera Tauri. Oriens tum unà cum occidit altera, quintumdecimum ſcrupulum tenens ~~ad ſuculas~~, colore martiales, in finiente ſemper ambæ conſpicuæ, quod non eueniret, ſi quam modo partem terræ ſurrectio, cœli demeret proſpectui, dum alia oriatur, alia occidat. Præueniret enim ortus occaſum omni tẽpore terræ obiectus, cœliq; pars ea neceſſario foret ad ortum emergens cõſpicua. At ab horologijs quoq; terra arguitur cẽtri rationẽ obtinere ad ſolarẽ globũ. Comitatur enim ſolẽ umbra terræ, ut Homerus quoq; perſpicue oſtẽdit inquiẽs:

Labitur oceano rutili lux ſplendida ſolis,
Terræ obductu nox atris circumuolat alis.

E regione ſemper ſoli oppoſita, ac turbinata. In ipſo extremo umbræ, ſolis centrum dimetiens habeat neceſſe eſt. In terra igitur deſcribuntur horologia à fabris, quæ umbras gnomonum habent, quæ cũ terræ umbra pariter redeunt. Oportet aũt cũcta gnomonum extrema ad ſolis globum centri rationem obtinere. Quoniã igitur deſcribi nõ poteſt horologium in ipſo terræ medioxumo, in omni tamen eius parte poteſt deſcribi horologium, nõ dubium quin tota terra ad ſolis faſtigium centri rationem obtineat, & ab hoc intellectũ globũ. Illud etiã manifeſtum ab una ſphæra multa fieri centra non poſſe. Hanc igitur habẽt rationẽ, qui deſcribi in terra poſſunt horologiorũ gnomones, quã ad unum quoq; punctum coacti obtinuerint. Quoniã igitur pars

Oculus Tauri. 0. 59. 48. long. 5. 10. latitu.
Cor Scorpii. 3. 59. 48. 4. meridio
Rõne longitudinis sũ diametraliter opposita.

pars terræ nulla eſt in qua nõ contingat erigi horologium, tota terra centri obtinet rationẽ ad ſolare collata faſtigiũ, & ab eo intellectũ globum. Hic ambigendũ nõ eſt cur terra pũcti uicẽ gerens ad mũdi magnitudinem, nutrimentũ cœlo remittat, & cũ eo pariter meantibus aſtris, tot numero & magnitudine tantis. Nã aceruo pauca quidẽ eſt terra, ſed poteſtate maxima, ut eſſentia ſit prope immẽſa. Si igitur ipſam intelligamus immenſam, aut in fumũ, aut in aërem reſolutam, multo maior euadet mũdi cõplexu, nec ſolũ ſi fumus aut aër, aut ignis fiat multo plus fiet quàm mũdus, ſed etiã in puluiſculũ reſoluta. Licet enim nobis intueri etiã in fumũ ligna reſoluta in infinitum ferè profundi. Fumigatũ quoq; thus, & quælibet alia ſolida corpora in uaporem reſoluuntur. Et ſi cœlũ cũ aëre & aſtris intelligamus collectum in terræ cõcretionẽ, in aceruũ ipſa minorem corripietur. Proinde aceruo quidẽ terra pũcti uicem gerit mundo collata: at poteſtate ineffabilis, & prope in infinitũ eius natura diffũditur, ut impoſſ nõ ſit alimentũ cœlo remittere, & eis quæ in cœlo ſunt. nec tamen ideo abſumitur. In parte ipſa quoq; quæpiã ſibi aſſumens ex aẽre & ex cœlo. Via nanq; ſurſum ac deorſum, inquit Heraclitus, per uniuerſam uertitur eſſentiã, uim mutationi agnatã habẽs, per uniuerſum opifici obtẽperans ad omniũ diſpenſationẽ ac permanẽtiã. Ad ſolare itaq; faſtigiũ punctí rationẽ habere quidã cõfirmarũt huiuſmodi innixi aggreſſionib. ratiocinationibuſq;. Nõ apparẽt (inquiũt) eius interualla ad aſtra æqualia, per omne clima, ſed eâdẽ hora apud alios maiora apud alios minora. Quod nõ eueniret, ſi protenſæ à terra rectæ lineæ ad luminare faſtigiũ, æquales forẽt. Aequalia nãq; etiã interualla apparerẽt. Ponũt uero etiã ſolis defectũ huius rei ſignũ, nõ apud omnes ipſo

Occupatio Democritica opinio.

Obtinet terra ad Lunare aut sphæram non pũcti rationẽ habere.

Diuersitas aspectus.

Quia eodem tempore altera oritur, altera occidit. præcederet ortus stellæ occasus, eius stellæ quo modo occidebat, ortũ, tanto tpis spatio, quanto illa portio cæli quã profunditas terræ nobis occultaret, super horizontẽ emergere posset, nimirũ eadẽ stella tunc demũ exoriente.

ipſo deficiente,ſed plerunq; apud alios totus occul tatur,apud alios pars,apud alios nō omnino. Neq; id cōtigerit,ſi pūcti uicem gerat terra ad lunæ faſti- gium. Cæterū nō ingens habet interuallū,& perin- de alijs quidē abſolute,alijs uero in parte, alijs por rò nō prorſus opaca euadit luna. Qui uero aiūt nō obtinere pūcti rationē terrā,his utūtur aggreſſio- nibus.dicētes,uiſus in ſublime ſublatus,in planis nō perfecta, ſed ſub finiente occultata,inſpicit quanto ſublimiora attollūtur. Proinde nō ab omni terræ parte in partes æquales dirimitur cœlū, quæ uide- tur portio eſſe pūcti ratione terra nō obtinentes. Huic igitur ambiguitati ita eſt occurrēdū, quod ter ræ figura cū ſit circularis,huius rei cauſa eſt quāob rem,ſi terræ magnitudo ſit ſtadiæa,mediū obtinēs, & circuloſa,idem quoq; eueniret,nec quicquā dicē- dum eueniret:quia neq; ita pauca pūcti rationē ad modū obtineret.Figura igitur huius cauſa eſſe exi- ſtimāda eſt. Ac ſi quis ab omni terræ pūcto planū opinatione educat,nō plus aut minus mundi ſupra terrā perſpexerit, ſed æqualiter & à ſublimi, & ab humilibus locis.magnitudines certe aſtrorū æqua- les apparent,& ab editiſſimis locis,& ex mari.Illud hic fortaſſe quiſpiā dixerit, quoniā ex cāpis & ma- ri,ſi nō ſpectetur hemicoſmium ſupra terram,à ſolis certe editiſſimis locis forte habuerit quod ab ipſis dictū rationē aliquā, ut ab editiſſimis locis in duas partes æquales diuiſo mundo, & ex deiectis ac hu- milibus nequaquā,ſed ſupra terrā maior appareat. Nunc uero ad hanc rationē nihil eſt, ſi ſublato uiſu plus ſupra terrā ſpectatur,eueniente hoc neceſſario in globoſa terræ figura. Inde poſſumus coniectare terrā dicendā non eſſe eiuſmodi,ut collata uniuerſo pūcti uicem gerat, non etiā,ſi plus mūdi quàm di- midiū ſublato uiſu ſpectari potuerit. Cæterū ſi non

ex pla-

ex planis ipſius æquale ſupra terram ſpectatur, ex humilibus quidem ubi ſint plani finientes: è ſublimi autem ſpectatis, & qui turbinati ſint & appellētur. Ad ea inſuper quæ dicta ſunt aiūt quidā, quia neq; alia quidem inhorreſcerent gelu, alia uero torrerētur æſtu, & alia loca eſſent temperata, niſi ſatis magna haberet interualla ad ſolarem globum. At ne quidem diceretur ad nos accedere ſol, rurſusq; abire, ſi terra puncti uicem gereret. Occurrendum igitur, hisq; reſpondendum horum omnium terræ figuram cauſam eſſe. Nam ex iaculatu tali ſolarium radiorum ad terræ climata, & torrētur partes aliæ, & refrigerantur aliæ, & temperiem aliæ conſequuntur. Quod planè nobis licet perſpicere in magis particularibus locis, & parum admodū inter ſe inuicem diſtantibus. Quædam nimirum loca circa Helin exuſta ſunt, adhærente Achaia nihil habēte ſuggiloſum, ut ſi etiam paucula ſit terra, id propemodum euenturum ſit, non æque in cuncta eius climata diſperſis radijs, ſed loca alia rectum & ualidū ex radio ſolem admittunt, alia autem obliquum & remiſſum. Modo ad nos accedendo, modo recedendo ſol ad uerticem dicitur habere affectionē. Quādoquidem quæ à terra eijciūtur rectæ lineæ, ad cancrum & capricornū inter ſe inuicem ſunt æquales. Quodq; centri habeat terra rationem, his atq; alijs multis demonſtratur argumentis. Præfati ſumus in primo Epichirematum, quemadmodum multo maior eſt ſol quàm terra, tametſi pedalem nobis uidetur referre imaginem, id mox demonſtrare moliemur quantum huic ſatis uidebitur inſtitutioni. promendo præcipuas quaſdam de hoc ſole nonnullorum indagines, inter quos præcipuus nobis author Poſidonius.

CLEO-

CLEOMEDIS CYCLICAE INSPECTIONIS METEORORVM LIBER SEcundus, *Georgio Valla Placentino interprete.*

vide Diogene Lae. Heraclito

EPICVRVS & eiuſdem factionis plerięꝫ alij, tantillũ eſſe ſolem pronunciarunt, quãtus apparet. uiſus ſequentes imaginẽ, quàm eius magnitudinis iudicem conſtituerunt. Par eſt igitur quod abnegãt nobis inſpicere. Si tantillus eſt ſol, quãtus nobis apparet, nõ dubium quin multæ ſimul ipſum magnitudines concipiant. Si quidem tam oriens quàm occidens maior apparet, at mediũ nactus cœlum minor: ex editiſſimis mõtibus cũ exoritur maximus apparet. Aut igitur ipſos fateri oportet magnitudines ipſũ multas ſimul obtinere, aut ſi id perſpicue abſurdum ſit, manifeſto concedendum eſt ipſis, tantillum non eſſe quantus appareat. Sunt autem qui dicant maiorem nobis in ortu & occaſu imagine deprehẽdi, late eius igni explicato, ab aëre per aſcenſus fluxũ, quod extremæ prorſus eſt imperitiæ. Terra nanꝗ mundi medioxumum obtinens, & centri rationem undiꝗ à ſolari globo peræque abeſt, neque oriens, neꝗ occidens, neque in quapiam alia itineris parte ſol aëri proximus accedit: ſed ne quidem per idem tempus omnibus exoritur, cum globoſæ ſit terra figuræ, aliâs apud alios, & oritur, & occidit, & mediũ obtinet cœlũ. Proinde cũ incedit apud alios oriẽs, & apud alios mediũ tenens cœlũ, ſimul & maior & minor fiet. Maior quidem quibus oritur, minor uero quibus mediũ tenet cœlũ, eodẽ horæ momẽto, quo nihil eſt putidius. Talia igitur quæ iactantur ſunt inanitatis extremæ atꝗ ſocordiæ. Maior itaꝗ nobis ſol & occidẽs imagine cõcipitur, minorꝗ cũ medio cœli inuehitur ſpatio. Cũ ipſum finienti propinquum

Occupatio

Cõfutatio


De qualitate ſolis

pinquũ ſpectamus, ob acris craſſitudinẽ & humiditatem, talis nanq; aër terræ uicinior. At mediũ tenens cœlũ purgatior, ita hic ab oculis dimiſſus ad ipſum radius non refringitur, ſed ad finientẽ emiſſus, cũ orietur aut occidet cõfringatur neceſſe ẽ, in craſſiorem & humidiorẽ aërem incurrens. Atq; ita maior nobis ſol occurrit ex imagine, quemadmodũ quæ in aqua merguntur, ſolent. Alterius qualitatis ex imagine nobis apparent, quod recto ſpectentur obtutu. Quæcunq; igitur ita habent, noſtri uiſus ſunt exiſtimandæ paſſiones, nõ eorũ quæ ſpectãtur accidentia. Fertur quoq; de profundis ſpectatus ſol puteis, ubi id uſu euenerit, multo maior concipi ex imagine, utpote per humidiorem puteo ſpectatus aërem. Neq; eſt quod hic dicas ex puteo ſpectantibus magnitudine ſolem grandeſcere, ſupernè uero in ipſum conijctentibus oculos attenuari. At certũ eſt tenebricũ & humectũ in puteo aërem, maiorem ſpectantibus ipſius obijcere imaginẽ. uerũ ipſius interuallũ ~~maiorem & minorem uiſui obijcit~~. Mediũ enim tenens cœlum, proximus nobis uideri datur: oriens autem & occidens longinquior. ſed ab ediſſimis montibus multo apparet eſſe remotior, & ubi prope quidem apparet, etiam perexiguus ubi plus nobis ad ipſum uidetur interuallum, ipſeq; maior eſſe exiſtimatur. ex aëris qualitate, omniũ huiuſmodi cauſa adueniente. Nã per humidiorẽ & craſſiorem perſpectus aërem, maior nobis & plus abeſſe uidetur: per aërem uero purũ minor magnitudine, & interuallo proximus. Proinde ſi fieri poſſit, inquit Poſidonius, ut per ſolidos parietes, perq; alia ſpectemus corpora, ut in fabulis lynceus, multo maior nobis ſol imagine conciperetur, per ea perſpectus, maioreq; abeſſe crederetur interuallo. Maiore aũt ipſo & minore apparente nobis, itidemq; eiſdẽ nobis

Probat alio exo.

videtur nobis maius et minus.

nobis interuallis maiorib.ac minoribus,re ipſa conus in ipſum iactus,ab effuſis à uiſu radijs exuberās ſit neceſſe eſt. Collecta uero etiā eius magnitudine atque interuallo, ex uiſione,in minimū poſſimus binos conos intelligere, unum quidē re ipſa ei coniectū,alterū ex uiſione . quorū uertex quidē unus fiet in uertice uiſus,ſed baſes eiuſmodi ut una ſit re ipſa, altera uiſione. ~~Vt igitur habebit re ipſa diſtantia ad uiſionem deprehenſam~~,ita etiā habebit re ipſa magnitudo,ad id quod nobis uiſione cōceptū eſt . Nā conorū baſes ſunt,dimetientibus nempe diametris æquales.una quidē re ipſa, altera uero uiſione. Vt ergo habet re ipſa interuallū, ad id quod ex uiſiōe, ita etiā habere oportet , quæ re ipſa magnitudo ad eam quæ uiſione.At re ipſa interuallum ad id quod uiſione propemodū infinities maius eſt,pūcti rationem habēte terra ad ſolare faſtigiū, & ab ipſo intelligētia perceptū globum.Ergo re ipſa magnitudo, ex uiſione magnitudine, infinities maior ſit, maxime neceſſariū eſt.Non ergo tantillus eſt ſol quātus uidetur . Præterea ſi tātillus eſt ſol quātus apparet, ſi ipſum intelligamus duplum effectū,in duos diuiſi utralibet pars,pedalis apparebit.Proinde & ſi in tātum intelligamus ipſum excreuiſſe,út ad centies dena milia ſtadiorum ipſius utraq; interuallo explicetur,pars pedalis quanta eſt apparebit.Quod ſi fuerit, conſequens erit etiam ipſum apparere quantus eſt.quod perſpicue impoſſibile eſt.Neque enim fieri poteſt,ut in tantā perueniat poteſtatē uiſus humanus , ut ad centies dena milia ſtadiorum extēdatur tanta, quanta re ipſa appareant, quia mundus ipſe prope infinitæ magnitudinis minimus nobis uiſione concipitur . Quoniam igitur fieri non poteſt,ut ſol pedalis uideatur,ipſum pedalem eſſe impoſſibile eſt.Nec enim illud poſſis dicere , ſol tanto diſtante



interuallo

interuallo ſint ipſius pedales partes,quæ tãtillæ ap-pareant quantæ ſunt, aliæ autem non ita habeant. nã à terra interualla ad eius omnes partes æqualia erũt,centri rationẽ habẽte terra ad ſolarẽ globũ,ut oporteat totius pedales eſſe partes,quales appare-ant,& nihilo magis hæc alia alijs. Proinde cũ par-tes eius omnes ſint pedales, tantæ apparentes quã-tæ ſunt,ipſe quoq; totus tãtũ protẽſus,explicatusq; quantus eſſe apparebit.quod manifeſto impoſſibile eſt,neq; pedales eius partes quantæ appareant. Cæ-terũ omnino nõ apparebũt, unde ne ipſe quidẽ ſol pedalis apparebit. Atqui apparet, nõ ergo pedalis eſt.Hic igitur manifeſtũ arbitror, quod ſi tantus ſit quantus apparet,nõ utiq; appareret. At quia appa-ret,neutiquã igitur tãtillus ẽ quãtus apparet. Quod ſi tãtillus eſt quãtus apparet,ipſa quoq; à uiſu uiſio-nis imago,eius magnitudinis uis iudicij eſt. Conſe-quẽs erit, ut dicatur ipſa uiſio fieri iudicatio de eis, quæ obijciũtur uiſiones in ipſum. Vnde ſi tantillus eſt quãtus apparet,etiã talis eſt qualis apparet. At-qui apparet cauus & albicans,neutiquam tali circa ipſũ exiſtẽte figura. Aliquãdo igitur ſpectatur æqua-lis,& luminaris faciei, & nõ ſatis intellectus. at hæc omnia circa ipſũ eſſe impoſſibile eſt. Falſum igitur quẽ hæc comitẽtur ipſum pedalẽ eſſe. At certi ſi tãtil-lus eſt, quãtus apparet, ac talis eſt qualis apparet, quoniã ſtabilis apparet, fuerit utiq; ut quoquã non trãſeat. atqui nõ ẽ immobilis,neq; quoquã nõ trãſit, unde ne quidẽ tãtillus eſt quãtus apparet. ab his eui-dentiſſime orationis ipſorũ abſurditas coarguitur. Nã ſi tantillus eſt ſol quãtus apparet, arbitror notũ quoq;,etiã lunã tãtillã eſſe quãta apparet: quod ſi ip-ſa, etiã eius figuræ. Itaq; etiã cũ mẽſtrua eſt à cornu ad cornu ipſius interuallũ tãtillũ eſt quãtũ apparet. Quod rurſus conſequitur, quæ ſunt ipſi propinqua

ſtellarum

ſtellarũ interualla tantilla eſſe quanta apparent, id etiã conſequitur omne ſimpliciter, ſtellarum interualla tantilla eſſe quãta apparent. Quocirca etiã totũ quod ſupra terrã hemiſphæriũ mũdi, tantillũ erit quãtũ apparet. At id nõ eſt. Nõ ergo tãtillus eſt ſol quantus apparet. Præterea ſi luna cũ figuris tãtilla eſt quanta apparet, etiã apparentes in ipſa nigrores tantilli ſunt quãti apparẽt. Quod ſi hoc, mõtes quoq; tantillos eſſe oportet quanti apparent. at id nõ ita. igitur ne quidẽ ſol tantillus eſt quãtus apparet. Cũ igitur purus, & ut fert natura, fuerit aẽr, poſſibile nõ eſt, ut cõtra ſolẽ obtueamur. Cũ autẽ aëris obicem nobis exhibuerit, tum demũ ipſum obtueamur. quandoq; alteratus nobis apparet, quãdoq; albus, quãdoq; ueluti liuidus, eſt & igneæ faciei. ſæpe numero quoq; maculatus aut cruentus, aut flauus uiſu. Eſt etiam aliquãdo uarius, aut uiridis. & circa ipſum ſæpenumero tanquã ſpiræ nebuloſæ. quæ tamen ab ipſo prope infinitis abſunt ſtadijs. & tamen nobis circa ipſum eſſe uidentur. & in mõtis uertice ſæpe occidẽs aut oriens nobis uideri datur, tãquã uerticem contingat, tot milibus ab omni terræ parte diſtans, quot diſtare æquũ eſt, terra centri rationem obtinẽte ad eius faſtigiũ. Quo pacto igitur nõ extremæ fuerit ſtoliditatis, harũ uiſionũ examina nõ ſequi, aliudq; facere iudiciũ, tãtorũ magnitudinẽ cõminiſcendo, ut circa hæc captio atq; fallacia nõ uulgare detrimẽtũ inferre cõſueuit. Cæterũ euidentiſſime cõuincitur admodũ ſtolidũ eſſe, quod ſermocinãtur uel ab hoc modo exquiſitis. Si intelligamus equũ emiſſum in amplã decurrere campi regionẽ, pariterq; ex horizontis limite ſolẽ exire, quoad totus emicuerit, prope manifeſtũ fuerit cõiectantibus non minus ſtadijs decẽ profecturũ. auis aũt celerrima multiplicites magis equo trãſibit. ſagitta adhuc

uelociſſimo

uelociſſimo effluxu multo plus aue,ut nõ paucioribus prætereat ſtadijs tanto temporis interuallo. Si igitur equo,æque celerẽ mundi uiã fecerimus, decẽ inuenietur ſtadiorũ ſolis dimetiens, ſin aui celerrimæ multo maior:ſin ſagittæ nõ minor ducentis ſtadijs. Ob has igitur res omnes, pedalis nõ erit neq; quantus uidetur. Quod igitur infinities ſagitta uelocior ſit mundi meatus, ab huiuſmodi diſciplinis cognouerimus. Perſes cũ in Græciã duɫabat exercitũ, fertur homines diſtinuiſſe, deſtinaſſeq; ab Suſis Athenas uſq;, quo uoce poſſent quæ fierent ſignificari, ab ipſo in Græcia eis qui eſſent in Perſis. Excipiẽtib. huic negocio deſtinatis parallelorũ uoces. Fertur uox tali propagatu progreſſa dieb. binis cũ noɫibus à Græcia in Perſas perueniſſe. Quod ſi talis aëris motus, ac plaga uelociſſima, minimã terræ partẽ diebus binis cũ noɫib. penetrat, par eſt ut cẽſeo, intelligere quãta ſit mũdi celeritas. quãquã infinities celerior, qui noɫe cũ die una, infinities maius interuallũ quã ſit à Græcia ad Perſas permeet. At ſi intelligamus ſagittã permeãtẽ maximũ terræ orbẽ, neq; trib. dieb. cũ noɫib. ducẽta quinquaginta milia trãſierit ſtadiorũ, cũ tamẽ mũdi magnitudinẽ infinities terra maiorẽ die noɫeq; una, cœlũ permeet. Proinde impoſſibile eſt celeritatẽ ac curſum eius noſſe, neq; ulla cõpleɫi oratione. Talẽ uelocitatem quã ingẽs ſit, Poëta nobis uoluit indicare, cũ dixit:

Quàm cito proſpectus longe è ſpecula æquora luſtrat
Tam cœleſtis equus celeris uolat æthere ſummo.

Cæterũ ingenioſe id ab eo diɫũ, & amplificatione mirifica, nõ modo cõparando plurimæ uiſus penetrationi, in celeritate oſtendẽda, quàm ocyſſime cœlũ cõuertitur, ſed etiã ſpeculæ ponendo faſtigiũ, & ei ſubieɫum pelagus in quod proſpeɫus uelox. Verũtamẽ adhuc hæc ſuperatur oratio, ample mul

tum cœli indicans celeritatē, cū immenſa ſit nec ſa
tis percepta mundi celeritas. Et perinde quo pacto
non fuerit ſtolidiſſimū per artē quam diximus, eius
pedalem arbitrari, quæ tāto temporis permeat ſpa
tio. Huius quoq; ſermonis inſulſitas hydrologijs co
arguitur. Eis nanq; oſtenditur, quod ſi fuerit ſol pe
dalis, permeabit maximū cœli orbem ſeptingentis
quinquaginta pedibus. Hydrologijs enim ſub dimē
ſionem ueniens, pars inuenitur ſeptingenteſima & quantitas.
quinquageſima ſui orbis. Nā ſi in quo tēpore per
meat totus ex finiente ſol, cyathus utputa fluxerit,
aqua dimiſſa tota die & nocte fluat, inuenitur cya
thos habere ſeptingentos & quinquaginta. Fertur
ſanè talis doctrina à primis cognita Aegyptijs. opi
nio quoq; cōprobatur, ad meridiē cōuerſis portici
bus. nā columnarū umbræ paralleli emittūtur. quod
nō fuerit, niſi rectæ lineæ & ad perpēdiculū ad quē
uis ipſorū radij emittātur. Neq; radij rurſus ad per
pendiculū emittentur ad quālibet ipſarū, niſi expli
cetur tota porticus ad ſolē diametro. Fertur etiā in
toto terrarū orbe, ſecto utrinq; defluxu ad ortū æ
quinoctialem, ſine umbra fieri in æquinoctialib. ſolis
ortib. Neq; id euenire t, niſi toti terrarū orbi cōferas
tur ſolis magnitudo. hoc eſt eius latitudini. & in æ
quinoctiali rurſus, meridie cūcta lumine illuſtrātur,
quæ in toto orbe terrarū in utrāq; partē. Quāobrē
nō latitudine modo, ſed etiā longitudine toti orbi
terrarū cōfertur ſolis magnitudo. Longitudo certe
totius terrarū orbis ab ortu in occaſum eſt, latitu
do aūt à ſeptētrione in meridiē penetrās. Et proin
de oriens quidē in æquinoctio ſol, ſine umbra faciēs
ad ipſum ſpectantia, latitudini orbis terrarū cōpara
tæ explicatū dimetientē habet. At cū mediū tenue
rit cœlū, & in utrāq; partē longitudine luminc col
luſtrauerit, nō per idē ut perhibent cunctis medium

Cum corpus chorda in cœlo fere 32. minu tenet
$\frac{8}{15}$ grad. tantū etiā es ad parvē angulū super centro
mundi respondebit de superficie terræ. hoc est iuxta pto
lemaū qui supponit ambitū terræ 180000 stadiorum
respondebit $\frac{8}{15}$ gr. 267 stadia fere. at ex Eratosth.
sententia fere 270 stadia.

tenet cœlũ,ſed ſolis qui ſub eodẽ ſint meridiano: Dicendũ igitur latius,tale perhiberi: & in Syene,umbram nõ admittere,quæ lumine illuſtrentur. Cũ ſol fuerit in cãcro, ad meridiẽ itinere ad trecẽta ſtadia, dimetiẽtẽ manifeſto cõminuit, quod ſol pedalis nõ ſit,neq; hæc euenerint. ab umbris quoq; ſignificatur ſol nõ eſſe pedalis. Cũ enim limitẽ ex finiente eduxerit,umbræ emittũtur lõgiſſimæ. at cũ ſupra finientem emicuerit, in multo breuiorẽ colligũtur magnitudinẽ. Neq; id cõtigerit, niſi cunctorũ terræ corporum ipſius radij eſſent ſublimiſſimi. Quod ſi pedalis ſit, nullo modo cõtingeret. Maiorẽ igitur cũctis ſublimiſſimis mõtibus dimetientẽ habet. ſublimioreſq; promontorijs, & ex editiore loco radios emittens, cũ totus ex finiẽte emicuerit etiã ab huiuſmodi doctrina demonſtratur ab ipſis phænomenis, quæ apparentia poſſumus appellare, progrediente, quod nõ modo pedalis nõ eſt ſol, ſed etiã quod immẽſam habet magnitudinẽ. Cũ enim è uertice montis exoritur, aut occidit, ipſius limes plus uertice abeſſe ſpẽctatur, ab utroq; latere inſpecto uertice. Id aũt non fuerit niſi maior ſit ſolis dimetiens, quàm ei uertex obiectus, qui ſi ſtadiæus fuerit maiorẽ ſtadiæa eſſe ſolis oportet dimetientẽ. Hoc uero nõ ſolũ in uertice, uerũ etiã in maximis fertur ſpectari inſulis. Nam cũ in ſublimi præcipue fuerit uiſus noſter, ex multo poſitus interuallo in maximã aliquã iactetur inſulã, tam breuis imagine cõcipitur; ut cũ ſol ob eã oriatur aut occidat, utrinq; ipſius appareat limes. Hinc manifeſtũ eſt ſolis dimetientẽ maiorẽ eſſe maximarũ inſularũ longitudine ex ipſis phænomenis. deinceps re aſſumpta indicatur propemodum infinities maior neceſſario eſſe ſolis diameter quàm ſint maximarũ inſularũ diametri. Hæc nimirũ doctrina quã id cõfirmatur, hoc pacto habet. Si fuerit triãgulum

iſoſceles,quod uerbi cauſa baſim habeat ſtadiæam, & latera producãtur æqualia baſim ſtadiæã cõprehendẽtib. erit dupla huiuſce triãguli baſis eius quæ ſtadiæa.& ſi reliquũ porrò totis laterib.æquale pro duxerimus quadrupla baſis primi efficietur ipſius baſis ſubiecti trianguli. & in proportione quoad in infinitũ progredietur. Sit igitur nobis,ut ſpectemus
* ex admodũ lõginquo eodemq́ magno interuallo, unã magnã aliquã inſulam,oriente aut occidẽte ſole,in ipſam & utrinq limite emicãte,poſita in medio inſula,nec nõ ſole. Si igitur uiſus noſter inſulam cõ prehẽdat,baſim habebit conus;qui à uiſu,inſulæ dia metrũ.Igitur erit millium ſtadiorum eius diameter, eritq́ coni baſis eiuſdẽ magnitudinis. Receptũ igi tur habeamus ſolem tantũ diſtare ab inſula quantũ à nobis quoq abſit inſula. quia igitur ab utroq late re inſulæ, limes ipſius emicat, radij ab oculis effuſi ad ipſum ſunt dupli ad eos qui inſulæ accedũt. proinde etiã baſis trianguli dupla efficietur ad diametrũ quæ circa inſulã. Quod ſi hæc millium ſit diame ter,ſolis erit biſmiliũ. quãdoquidẽ hæc baſis eſt ma ioris trianguli tantum. Igitur diſtante ſole ab inſula quantũ nos quoq è regione ab ipſa diſtamus, bino rũ milliũ efficietur ſtadiorũ ſolis diameter. Quod ſi non fuerit æqualis diſtantia, ſed à nobis parũ inſula abfuerit,ſole infinities pluſquã nos abſimus diſtãte, propemodũ infinities ſolis diameter maior erit ad inſulam diametro. Quomodo igitur eo uſq longe diſtãs pedalem habuerit magnitudinẽ? Atq hæc do ctrina in primis apperit effatũ ad ipſum magnitudi nis. Syene ſub cancro poſita eſt. Cũ igitur ſol in eo fuerit ſigno, & in tractu meridiei cõſtiterit lumine, ab ipſo illuſtrata,umbræ ſunt expertia. in hacce re
400. gione ad trecẽta ſtadia eſt diameter, tãtundẽ enim ſpatiũ ſine umbra eſt,quibus ita in eis quæ apparẽt

exiſtentibus

exiſtentibus, Poſidonius ponẽs infinities multiplũ ſolis orbẽ terræ orbis, ab hoc inuitatus oſtẽdit eſſe oportere trecenties dena milia ſolis diametrũ. Nã ſi orbis ad orbẽ terræ decies millecuplus, etiam ſegmentum ſolaris orbis, quod habet ſolis magnitudo, decies millecuplum eſſe oportet, huius terræ ſegmenti, quod ſol ad uerticẽ imminens, umbræ expers facit. Quia igitur id ad trecenta diametrũ extendit ſtadia, tricẽties denamilia eſſe oportet, quod habet unũquodq; ſolis ſpatiũ ad ſuũ orbẽ. Verũ hæc ex huiuſmodi ſumpta ſunt hypotheſi, credibileq; eſt nõ minorẽ quàm decies millecuplũ ſolarẽ circulũ ad terræ circulũ, puncti rationẽ terra ad ipſum habente. Euenit etiã maiorẽ ipſum eſſe, aut rurſus minorẽ nos ignorare. Talis igitur doctrina euidentioris alicuius magis haberi exiſtimatur. Fertur luna bis metiri terræ umbrã in integris eclypſib. quanto ſiquidẽ tempore umbrã ingreditur, tãto etiã in umbra occultatur, ut ad tris horas peræquè contineatur. una quidẽ in qua ingreditur, ſecũda uero in qua occultatur, tertia porrò in qua euadit umbram primũ limitẽ poſt ſecundã horã ſtatim ſubter emicãs. Quia igitur bis ſub menſurã uenit terræ umbra, ab lunari magnitudine credibile exiſtimatur duplã eſſe terrã ad lunã. Quia igitur terra ducentorũ quinquaginta milliũ ſtadiorum Eratoſthenis doctrina maximũ habet orbẽ, oportet eius diametrũ pluſquã octoginta milliũ eſſe. Lunæ ergo dimetiens erit quadraginta milliũ. Sed quia ~~ſeptingenticupla~~ eſt luna ſui orbis, erit peræquè ac ſol. Hoc ex Hydrologijs cõfirmato. Sexta uero eſt pars circuli ſui, quæ à terra peruenit ad faſtigiũ ipſius interualliũ. Eſt igitur id lunariũ magnitudinũ centũuigintiquinq;. Sed quodlibet ipſorũ quadraginta milliũ habet dimetiẽtẽ, fiũt igitur ſtadiorũ decies quinquaginta milia iuxta huiuſmodi

iuſmodi doctrinã ad lunare faſtigiũ ratione ſimpliciori recepto electili uagarũ ſtellarũ motu æque celeri. Quoniã luna uiginti & ſeptem diebus ac unius dimidio ſuũ permeat orbem, Sol aũt annuũ habet ambitũ, oportet treſdecicuplũ ſolarem eſſe orbem ad lunarem. Et perinde erit ſol ad lunam treſdecicuplus. quia ipſorũ uterq; ſui orbis ſeptingenteſima & quinquageſima pars eſt. Inuenitur itaq; ex huiuſmodi hypotheſib. ſolis dimetiens quinquaginta duũ milium, orbe ipſius propemodũ, ut ſignifero in partes duodecim diſſecto. Vnũquodq; dodecatemorium erit ſtadiorũ triginta miliũ ducẽtorum quinquaginta. At binorũ dodecatemoriorũ à terra ad ipſũ eſt interuallũ, ut etiã Aratus de ſignifero affirmat, inquiens:

Et quãtos radios iacimus de lumine noſtro,
Quis lunæ mixtum cœli contingimus orbem,
Sex tantæ poterunt ſub eumſuccedere partes.
Bina pari ſpatio cœleſtia ſigna tenentes.

Signa hic uocitauit bina ſigniferi dodecatemoria. Admonetq; ex memoratis carminib. à terra interuallum ad ipſum ſextã partem totius orbis eſſe, tertia enim tota diameter ipſius eſt, ſexta ab omni parte terræ penetrans ad ipſum. Quãdoquidẽ circulus centrũ habet terram medioxumam ipſius poſitam. Inuento igitur ſolari circulo, hac doctrina ſtadiorũ triginta nouem miliũ, quodlibet ipſius dodecatemoriorũ fit triginta milium ducẽtorum quinquaginta. Si igitur hæc in triginta partes diſtribuantur, propemodum ut ſigniferi dodecatemoria quælibet, fiet pars ſtadiorũ centies & uicies ter cũ dimidio dena milia. Dimidiæ igitur partes totius circuli ſeptingẽta uiginti. At ſol ſeptingẽteſima & quinquageſima pars ipſius, & perinde parte dimidia minor. Iure igitur cũ ſint dimidiæ partis quinquageſies & quater cum ſexta parte dena milia, ipſe habere inuenitur

quinqua-

quinquageſies & bis dena milia diametrũ iuxta ita poſitas hypotheſes. Præterea nõ credibile eſſe ducitur uagas ſtellas æque celeres eſſe ſuo electili meatu, ſed ocyorẽ eẽ ſublimiorũ, quippe quod ſint ignis tenuioris. Quo pacto enim nõ uideatur impoſſibile lunã aẽre cõmixtũ ſuũ habẽtẽ corpus, æque celerẽ electilẽ meatũ habere, eis quæ cõſtẽt ex tenui & leuiſſimo igni. Inſuper alij aliã magnitudinem in ſole eſſe pronũtiarũt. Phyſicorũ certe atq; aſtrologorũ nemo minorẽ iã dicta ipſũ habere diametrũ definierũt. At Hipparchũ perhibẽt mille quinquaginticuplũ terræ eſſe ipſũ demõſtrare. Quo pacto igitur pedali fuerit, iuxta omnẽ doctrinã, prope diſciplinã ter effectã immẽſæ magnitudinis inuẽtus. Cũ igitur cẽtũ & 25. magnitudinũ ſolariũ à faſtigio ipſius ad terrã eſſe debeat, ſi pedalis ſit, & tãtillus quãtus appa ret, oportebit 125. pedũ eſſe ad ipſum interuallũ. & perinde multo inferior ſublimiorum euadet mõtiũ, necnõ nõnullis ſupra decẽ ſtadia perpendicularem habẽtib. Atq; ita ex eius opinatione inuenitur hoc faſtigiũ, ad quod terra pũcti locũ obtinet, ducentorum quinquaginta milium, centum uigintiquinq; pedes à terra abeſſe. Hæc certe opinionem comitãtur ſacri capitis ſolius ueritatem indagantis.

De lunæ faſtigio q̃ ſpecioſa ironia philoſophi in Epicurũ

DE ad lunã faſtigio quid quiſpiã pronũtiarit? Nã ſi ſol 125. pedes à nobis abeſt, & multo humilior eſt montibus, quantũ à terra lunã abeſſe oportuerit, cuius orbis in minore eſt ratione quàm treſdecim ſolaris circuli. Verũ tãet ſi nõ nouerit qualis ſit, ne quidẽ indagare potuerit ea quæ maiori egeãt inquiſitione. Qui humanã uoluptatem tãti faciat, ad ſolis uim cognoſcendam, is aſpirare nõ potuit. Quem primo cõminiſci oportuit mundum uniuerſum lumine colluſtrare prope

immenſæ magnitudinis eſſe, deinde ita terrã exurere, ut nõnullæ eius partes ex æſtu intolerabili habitari non poſſint, ac ex multa ui ipſe ſufflatã præbet terrã, ut fructus ferat, animalia gignat, ac ipſe cauſa ſit productionis animaliũ, & fructus alẽdi augendiq́, & deniq́ ad maturitatẽ perducendi. Itẽ non ſolũ dies & noctes facere, uerũ etiã æſtatẽ & hyemẽ, & alia anni tẽpora. Præterea ipſe quoq́ eſt cauſa, cur nigri alij, albi alij ſint homines, & flaui, & figuris alijs diſtincti, ex eiuſmodi radiorũ immiſſiõe, in terræ climata, curq́ nõ alia quæpiã quàm ſola ſolis eſt uis, quæ aquoſos & abundantes efficiat fluuios in uarijs terræ locis, alia loca arida, & ab aquis immunia, aliaq́ fructib. ſterilia, alia ſatis frugifera, & alia loca bilioſa & fœtida, quẽadmodũ Ichthyophagorũ, alia bene olẽtia & aromatophora, ueluti ſunt Arrabiæ, & alia tales ferre poſſe fructus, alia alios, & uniuerſæ propemodũ terræ differẽtiæ ipſe cauſa eſt, quæ per ſingula climata multiplicis eſt mutationis. Licet aũt nobis differentiã cognoſcere eorum quæ in Lybia enarrantur, quæq́ in regione Scythica & Mæoti palude in fructib. in animalib. ac prorſus omnib. productionib. & aëris tẽperamentis atq́ differentijs, ac reliquis in tota Aſia & Europa inſpectis differentijs fontiũ, fructuũ, animaliũ, metallorũ, aquarũ calidarũ, in mira cœli uarietate, ſpecie frigidiſſima, æſtuoſiſſima, temperata, tenui, craſſa, humida, arida, & quacũq́ id genus alia, apud ſingula differentiæ ac proprietates inſpiciũtur, quorũ omniũ uis eſt cauſa ſolis. Tanta in iam memoratis poteſtatis eſt affluentia, ut luna quæ ab ipſo lumẽ excipiat hanc ipſam totius poteſtatis in ſeſe cauſam habet, quæ per figurarũ differẽtias nõ ſolũ in aëre ingentes efficit mutationes, aëriq́ imperat, infinitasq́ habet proprietates, ſed etiã in oceano inundationes,

& æſtus

& æſtus ipſius cauſa facit. Illud quoq; nobis licet intueri, quod ab eius ui, ignẽ noſtrũ per refractionẽ ignis lunaris excipere nõ poſſumus, at ex ſolaribus radijs arte inſtructi ignẽ admittimus per refractionem cũ ad tot ſtadiorũ milia à terra diſtet. Præterea per ſigniferũ & tale iter faciendo, ipſe uniuerſum cõcinnat mundũ, cõgruentiſſimamq; præbet cũctis rebus adminiſtrationẽ, qui cauſa factus eſt permanẽtiæ ordinatiõis, digeſtionisq; rerũ uniuerſarũ. hocq; interſiſtente, aut ſuũ locũ deſerẽte, aut etiã prorſus nõ apparente, neq; quippiã naſcitur, neq; augetur, ſed neq; in totũ ſubſiſtet. Cæterũ etiam omnia quæ ſunt, & quæ apparent colligentur ac diſſipabuntur. Oportuit itaq; eũ, qui hæc omnia noſſet cõminiſci, an fieri poſſet, ut pedalis ignis tantã tanquã multiplicem magnitudinẽ, & ita immenſam uim comprehenderet. Verũ enim uero qualis iſte in uniuerſitatis principijs, & de fine oratione, & omnino in eis quæ de morib. tradidit, alijsq; phyſicis, talis etiã in eis quæ de aſtrologia, & in loco qui de uiſione ac rerũ eſſet imagine, & prorſus in omni cõſideratione talpis cæcutiẽtior. Nec quicquã mirũ. neq; enim eorũ qui uoluptatis ſint aſſertores hominũ, eſt, eorũ quæ ſunt, uerũ inuenire, ſed uirorũ qui nati ſint ad uirtutẽ, quiq; ea nihil habeant antiquius. Nõ obeſam carnẽ & ſaginã adamãtiũ, quiq; in ea ſpem obnixam cõcipiant. Priſci igitur prudentiſſimi ipſum iſtum atq; eius factionis homines ex ciuitatib. claſmoribus eliminarunt, talia ſcripta peſtem & hominum ſeditionẽ eſſe arbitrati, quod in tantã cæcitatẽ impudentemq; petulantiã dogmatũ ſeſe profligaſſent. Cũ tamen nunc, ut reor in delitijs ac mollicie diſſoluti, eiuſmodi ſectã eouſq; uenerentur, ut cum ipſum uerũ dicere uelint, nõ deos & prouidentiã in uniuerſitate eſſe, alijq; precentur ipſorũ, potius per-

h 5 ditum

tiam & petulãtiam præ ſe ferũt. Hunc lunæ impreſſa lumina, quæ apertiſſima ſunt retundere non potuerunt, quominus iſta tam ridicula profunderet. Quo enim modo extincto in occaſu ſole elucet, noctuq; apparet, uel quomodo excidit luna umbræ terræ incurrens à principio nõ collucens, uel quo pacto umbrã exiens rurſus fulget, ſi ſub terra ſol non ſit, uel quomodo ſol ipſe extinctus rurſus ad ortum remeat? At is anili fabellæ perſuaſus credidit, quod Iberes cõmenti ſint, lapſum oceano ſolem ſonitum edere extinctum, ut cãdens igni ferrũ, aquæ immerſum. In hanc ergo peruenit opinationem, qui ſolus & primus inter omnes homines uerum indagauit. Neq; illi accedit, ut cœli pars omnis per æque à terra diſtet, ſed in mari ipſum ſolẽ arbitratus eſt occidere, rurſus orientẽ ex mari emergere. Et ex aqua quidem orientali ſuccendi, at in aqua occidua extingui. Hæc ſacra Epicuri indagauit, perſcrutataq; eſt ſapientia, quem Therſitæ Homerico iure poſſumus ſimilem dicere: nam quemadmodum ille in toto peſſimus exercitu Græcorum fuit, ueluti ipſe inquit Poëta, dicentemq; induxit Vlyſſem:

Ilion appulerant qui inter fœdiſſimus omnes.

Et quæ ſequuntur, Vlyſſemq; proloquentẽ induxit:

Non equidem eſt quiſquam qui te ſit turpior alter.

Verum utcunq; talis, non poteſt tamen quieſcere, ſed primo quidem in reges iactat conuitia, gloriabundus tanquam ipſe ſit uenerandus. dein inter primarios ſeſe audet collocare, dicens:

Hos tibi trademus rapientes oppida Achiui,
Quos ego uel allus quicunq; eſt cœpit Achæus.

Ita Epicurus tãquã aliquis modo ſit, petulãter gloriatur ſe in philoſophantiũ numero eſſe exiſtimãs. nec philoſophũ modo, ſed etiã principatũ obtinẽtẽ. atq; ita ſe therſitæ adhuc audatiorẽ facile oſtendit.

Ille

Ille nãq; ſua opinione ſolus tanquã primarius parq; regib. iactabundus inſoleſcit. Necdũ tamen ſibi primas attribuit. Hic uero multa inſtructus, uidelicet ſapientia atq; ſcientia, ſolũ ſeſe aſſerit uerũ inueniſſe, & ob hoc etiã ſe dignũ uideri uult qui primas ferat. Proinde multo quiſpiã iuſtius mihi uidetur ad ipſũ *Therſitæ petulans uerbis, licet ore ſuauis.* (dicere: *Comprime te.* Neq; ego hunc Therſitem noſtrũ ſuauem ſicut Vlyſſes illũ eſſe dixerim, quãdoquidẽ præ cæteris quæ ad locutionẽ attinent uarie corrupta ſunt, ut cũ inquit: σαρκὸς εὐσταθῆ καταστήματα, & τὰ περὶ ταύτης πίστα ἐλπίσματα, & λίπασμα ὀφθαλμῶν cũ nominare lachrymã uoluit, & ἱερᾶς ἀνακραύγας. inſuper etiã γαλίμυς σώματος, & ληκίσματα, aliaq; id genus mala incurrens ac flagitia. Quorũ quædã planè eſſe dixerit in luto formata, propemodum ſimilia eis quæ in ſacris Cereris per theſmophoria iactantur à mulieribus: alia à medio foro uulgaria, & quæ falſa impetũt, & ridicularia & ſerpentib. humiliora. Verun tamẽ utcũq; ſit talis in ſermonib. & dogmatis, ipſum tamen non pudet ſe cũ Pythagora & Heraclito, & Socrate conferre, dignũq; ſe cenſet qui primũ inter ipſos obtineat locũ, eis ſimillimus, qui inter hierophantas, ſacrorũq; antiſtites ſacrilegi ſe collocare tentauerint, primũ inter ipſos ſe ordinẽ obtinere dignos exiſtimantes. Vel ſi quis Sardanapalũ intellexerit in eximia tolerantia cũ Hercule ſe cõferre tentantẽ, dum clauã ſibi aſciſcit, leoniſq; interitũ. dicentẽq; ad eũ, his omnib. ego præſtãtior, non abſumes malũ piaculum in Crocotos pellices, cũ quibus in cubilib. meridiabere, tũ purpurã aſſumens, quãdoq; coronas induens, eſt etiã quando oculos perfricãs, aut etiam in multa & fœda ebrietate prolutus ſit, & quæ iſta cõſequantur facit, tanquã uermis quiſpiam in admodũ turpi & ſtercoroſo iure obuolutus. Nõ tu igitur

tu igitur audaciſſimum & impudentiſſimũ caput,ex philoſophia profligatus migraueris ad Leontiũ & Philanida, aliasq; meretriculas.& ſacra uociferaris cũ Mindyrido,cum Sardanapalo, cũq; omnib. tuis bacchanalia actitantib.Ignoras philoſophiã Herculem & Herculanos uiros uocitare,non utiq; Cynedos & uoluptatẽ. Verũ ingenioſis cũctis hominib. ſatis notũ cenſeo Epicurũ nũquã ad aliquid aſtrologiæ, alteriusq; philoſophiæ aſpirare potuiſſe.

De terræ magnitudine.

AT nos demõſtremus ſolem pedalẽ nõ eſſe, neq; tantillũ quãtus apparet, quod ſanè facere moliemur. Quod terra maior ſit, ferè igitur hoc iam demonſtratũ. Cæterũ aliud erat ab eis quæ dicta ſunt principaliter cõfirmatũ. At nunc cõtinuo de hoc ipſo dicemus ab eis ipſis quæ appaent inuitati. Demonſtratũ certe eſt in primo ſcholicõn,terrã puncti rationẽ obtinere.nihil in ſua craſſitudine tegere trecentarum ſexaginta partiũ,& ne quidẽ partis puſillũ. Quia ad unguẽ centũ & octoginta ſupra terrã ſemper demonſtrantur, & ſex ſigna & æquinoctialis dimidiũ, queẽadmodũ hoc ex æquinoctijs demonſtratur. Quoniã igitur terra ne puſillũ quidẽ partis tegit,ſol uero ~~parũ~~,partis dimidiæ magnitudinẽ cohibet, terra fuerit maior. Item ſi poſuerimus aliquid æqualis magnitudinis terræ oriẽs,aut occidens tempore nullo horizonti inſidebit. Nã ſicut medioxuma poſita eſt terra, neq; pluſculum cõtegit partis, ita ne quidẽ æqualis magnitudinis aliquid ipſi oriens aut occidẽs tempore aliquo inſidebit horizonti. Atq; ſol ~~periugi perpetuo~~ tẽporis interuallo,& oritur & occidit, proinde maior fuerit quàm terra. Necnõ cũ corpus à corpore globoſum à globoſo lumine illuſtratur,ſi ea ſint inter ſe inuicem æqualia, cylindroides emittitur umbra

Sol maior Terra
pene
Nota probatio quod Sol sit maior terra
συχνῷ denso multo, longo sempiterno
Species umbrarum.

ad quintum ſui defeciſſe diametri, quod certi eſt iuxta imaginis uiſionem, ad digitos duos & parũ. Nam duodecim digitorũ eſſe in uiſione uidetur ſolis magnitudo, itidem lunæ. Eſt igitur hic manifeſtum, quod digitus imago lunaris, & ſolaris magnitudinis tanto terræ interuallo pariter extenditur, quantum eſt ab Alexandria in Helleſpontũ interuallum. Sub eodẽ nanq; poſitæ ſunt meridiano Helleſpontus & Alexandria. Si igitur per hypotheſim maneat, incipiente defectu, ab Alexandria in Helleſpontũ quẽpiam abire, ex eo quod ad rationẽ ſit minor, erit perſpectus in Alexandria defectus digitali ſolis fulxione. Quoniam igitur ſ. milia ſtadiorum ſunt ab Alexandria ad Rhodũ, & illinc alia ad Helleſpontum quinq; milia, neceſſario in Rhodo digitalis erit perſpecta ſolis fluxio. Deinde hinc in Helleſpontum euntibus, ex habita ratione proportionis. eadẽq; eclypſis diminuta in Helleſponto perfectæ occulta erit. Certũ igitur atq; exploratũ, quod ſi fulxio digitalis lunaris ac ſolaris magnitudinis tantæ terræ magnitudini comparata extenditur, neceſſario tota ipſorum corpora ſexies tantæ terræ magnitudini cõparata extẽdũtur. Ab huiuſmodi diſciplina noſſe par eſt ſtellas etiam uaſtæ magnitudinis eſſe, neq; tantillas quantæ apparent, præcipue quæ cœlo hærent & ſublimiſſimæ. Multa nanque in ipſorum magnitudinib. inſpecta differentia nulla digitali magnitudine minor imagine cõcipitur. At lucifer binorũ remittit digitorum uiſionem, & perinde eius dimetiens ſolis dimetientis, ſi eodẽ abſint à terra interuallo. Si nõ, habeãt rationẽ. digitaliũ apparentiũ magnitudo duodecima euadit ſolaris diametri, ut receptum ſit idem cũ ſole habere faſtigiũ. Sublimiorib. exiſtẽtib. proportio capietur diſtãtiæ. Proinde ignorãdũ nõ eſt magnitudini, ne ſolari ex ipſis



do ſatis ampla eſſet terræ ad lunam. In decem milib. enim ſtadiorũ, tantaq́ꝫ facta differentia notũ eſt non multum terræ à luna obumbratũ. Quod ſi æqualis ſit luna, aut terra maior, eius pars multa fuiſſet obũbrata umbris, quas ipſa ſolem ſubter currẽs effeciſſet, cũ tamẽ ſint interim terræ partes, in quibus totus ſol appareat, cum in partibus alijs totus deficiat. Apparet autẽ luna ingẽs, & magnitudine par ſoli, ſtellisq́ꝫ maior, cũ eis re ipſa ſit minor. Quandoquidẽ aſtrorum omniũ terræ finitima eſt, quod in aëris contactũ ueniat, & ſub æthere eſſe intelligatur. Item, quod omnium terræ ſit uiciniſſima primũ ipſo uiſu indicatur accuratius intuentibus, quia nullũ aliud iſtarũ ſuper inuehitur, at ipſa ſubter cunctas uagas ſtellas currere cernitur, unde indicãtur eſſe quàm ſint ipſa ſublimiora. Enimuero etiã ſuum ipſa habet corpus aëre commixtũ, & tenebroſius, quod in æthere integro nõ ſit, ſicut reliqua ſydera, ſed ut dictũ eſt, in duorũ elementorũ cõtactu. Et inſuper ſola in terræ umbrã incidit, at aliorũ nullum. Quod ſi nõ ſit, eueniſſet ipſis ut quãdoq́ꝫ eſſent lucidiora, aliquãdo obſcuriora. Omne ſiquidem igniũ corpus, in umbra lucidius eſt, in luce obſcurius ſolis apparet. Præterea etiã coniunctã affectionẽ ipſa cum terreſtrib. habet, præter alia ſydera egregiã. Quod terræ uicinior ſuũ orbem ipſa percurrat diebus uiginti ſeptem, & parte dimidia, nemine aliorum ambitũ habente annuo minorem. Quodq́ꝫ omnium aſtrorũ terræ ſit finitima, hinc licet intueri.

De lunæ propinquitate ad terram.

DE lunæ lumine cõplures habitæ ſunt ſentẽtiæ. Beroſſus enim in parte dimidia igneã eſſe, multis moueri motibus, pronũciauit, uno quidem longitudine quo cũ mundo mouetur, altero aũt latitudine, & in ſublime ſeſe attollendo, & humiliter deijciendo, quod & ab alijs uagãtibus ſtel-

lis fieri cernitur. Alio circa ſuum centrum (quo motu reuolutam ipſam arbitratur) & quandoque partes alias ad nos cōuertere, augeri, aut minui. hancq́ cōuerſionem ipſi tempore parem, ut ad ſolis coitū uenit. At eius opinio facile coargui & conuinci poteſt. Primo fieri nō poteſt, ut in æthere parte dimidia ſit ignea, at in totum neutiquam ſimilis eſſentiæ aliorum propemodum aſtrorum. Deinde in defectu huic plane aduerſatur ſententiæ. Quomodo enim eius lumen euaneſcit umbram terræ incurrens, cum ad nos totum conuerſum ſit, ut nō ſit ipſum indicare. Oportuit nanq́, ſi tale fuiſſet, eſſe ſplendidius in umbram incurrens, non autem euaneſcere. Alij à ſole quidem aiūt lumen admittere, per refractionem uero aërem lumine ſplendeſcere. quod in ſpeculis eſt nobis inſpicere, & in fulgentibus argyromatis, & id genus alijs uidetur. Tertia ſecta eſt, quæ ait eius miſceri lumen ex ſuo lunæ, & ſolari lumine, talemq́ fieri, non ſine affectione ipſa permanente, neq́ eo modo quo fulgentia ſolida corpora, quod diſperſam habeat lucem, perq́ refractionem aërem illuminet repercuſſu, ſuſcepti à ſole per radios luminis, atq́ ita ad nos remittat à ſolis lumine alterata, & per huiuſmodi temperamentum ſuum poſſideat lumen, non primo, ſed participatione. Quemadmodū candens ferrum participatione lumen obtinet non ſine affectione, ſed ab ipſo immutatum. Hæc ſecta certe ſanior, quæ per refractionem ait lunam lumen admittere, erumpēte ab ipſa paſſim luce, quod fieri in perſpicuis cernitur corporibus cum ſolida fuerint. Verum quod fieri non poſſit, ut per refractionem luna lumen emittat, hinc præcipue licebit perſpicere. A ſolidis quidem corporibus non eſt impoſſibile fieri refractionem. Etiam ab aqua refractiones fieri ſpectātur. Habet ſiquidem aliquid quoq́ aqua denſius, at à raris corporibus re-

fractio

fractio fieri non poteſt. Nam quo pacto ab aëre aut igni fiet refractio? Cum talia ſint corpora quæ naturam agnatam habeant radios excipiendi. Non certe in ſola ſuperficie ab ipſis lumine luſtrantur, ſed ita omnifariam quæ eo modo immittuntur excepta ſunt, quo ſpongiæ aquam excipere conſueuerunt. Præterea quæ per refractionem lumen admittunt, breue lumen remittunt, cum luna non ſolum ad terram uſque ex ſeſe ſplendorem emittat, ſed mundum illuminet uniuerſum. at per refractionem illuminantia, ne quidem ad bina ſtadia fulgorem emittunt, ut licet perſpicere ex eo quod fit in ſpeculis. Quod ſi quiſpiam dicat lunam per refractionem lumen iaculari ob hoc quod plus iam dictis emittat lumẽ, cũ ſit maxima, huic occurrimus, quod tam parua quàm maxima per refractionem illuminata, conſimilis habentur proportionis. maiorem certe partem ab ingentibus corporibus longitudine illuminari, non tamen plus quàm ante iaculari. Sed ſiue pedale, ſiue ſtadiæum fuerit per refractionẽ illuminans, ad æquale craſſitudinis interuallum lumen emittet. Præterea prope perſpectum. curſi per refractionem luna illuminat, neque menſtrua, neque diuidua terram lumine perfundit. Siquidem per refractionem illuminantia ad rectos angulos lumen emittunt. atque ita circuente luna ad occaſum, & tandem ad ſolem, ipſum in memoratis remiſerit figuris. Præterea ne quidem plena exiſtens, toto circulo luminaret. Nam ſi planæ ſit figuræ toto circulo lumen iactaret. At quia globus eſt, per cœli deuexa illuminati nobis circuli habet extrema ad rectos angulos, quia circumquaq; deuexis remittentur ſplendores, ut medioxumum lunæ duntaxat terram lumine colluſtret, at uniuerſus eius circulus nequaquam. Nam ab eius medioxumo poteſt lumen in terram

ad rectos emitti angulos,à deuexis autem,neque in terram ſpectantibus,nequaquam.Et perinde non totus eius circulus terrã lumine perfunderet, per refractionem lumine perfundentis.Quod autẽ à toto ſuo circulo terrã lumine perfundat, cognitũ eſt. Statim nanq; cum primũ ex finiente limitem oriens attollit, terram lumine perfundit,his eius partibus circũquaq; decliuibus,& in cœlum non etiam in terram ſpectantibus.Quoniam igitur nõ in ſua modo parte medio xuma, & ad terram ſpectante, uerum etiam circumquaq; decliuibus,& non ad terram ſpectantibus,lumine perfundit,certum eſt non per refractionem lumen emittere.ita aërem illuſtrat.Hoc igitur modo lumen emittente luna,neque per refractionem non dubium quin eius lumen temperet,& ſuo ipſius corpore & radijs ſolaribus. At dubiũ uideri poteſt, quo pacto inter incidendum in terræ umbram, id euaneſcat rurſus inter exeundum de ipſa,ſimile conſpiciatur. Verum ne hoc quidem dubioſum uideri debet, neq; mirabile. Nam in aëris quoq; illuminatione propemodum idem ſpectatur.Nam ſi in tenebroſum habitaculum lumen inferatur, ſtatim colluceſcit, & fulget qui in eo eſt aër. Et ſi lumen extinguatur, ipſum lumine perfundens, confeſtim extinctionem tenebræ conſequuntur. id certe etiam in ſole fieri ſpectatur. Nam oriente ipſo ilico aër eluceſcit,cum uero ſub finiente occultatur, umbra obcæcatur. Ac ſi iuxta hypotheſim,in oceanum uergens,ſol extinguatur, nõ ſolum umbra aër hoc facto obcæcabitur,ſed etiam cum extinctione ſol eluceſcet. Propemodum igitur huic ſimile in luna euenit, cũ in terræ umbram incidit,nihil equidem tale reor eſſe admiratione dignũ, ſiquidem ea eſt corporũ,quæ ex tenuibus conſtent partibus natura.Quæritur & in loco illud, quo pacto & in ſolaribus defectibus nõ ipſam totã ſolis penetrantes radij lumen

lumen emittunt, quemadmodũ per nubes quæ craſ ſiores lunæ obijciuntur. Poſidonius igitur ait nõ ſolum lunæ ſuperficiem à ſolis lumine perfundi, ſicut ſolidorum corporum ſola ſuperficies lumine perfunditur, ſed in plurimam ſolis radios penetrare craſſitudinem, utpote rarum corpus habentem, non certe uſquequaq; profundiſſima, ſiquidẽ ingentem habet diametrum, & ab ipſa ſol non parũ diſtat. at nebuloſus aër facile penetrãtes admittit radios, utpote nullam habens profunditatem. Dixerit forte quiſpiã, non ſanè imprudenter, etiam propriam quandã eſſe modificationem de lunæ denſitate, qua ſit impoſſibile ſolares radios excidere. Illud quoq; quæritur, quo pacto luna cũ ſit minor, ſolem opacum facit toti eius corpori obiecta, ac toti dimetienti ſimul extenſa. Antiquorum quidem nonnulli in defectibus perfectis, cenſuerunt in recta linea una fieri luminarium centra, circumcircaq; apparere orbitam undique habentem ſolis. id inuentorum non eſt. Perſpiciuntur nanq; à nobis eminentia omnia fulgentiſſima, nec paucã oſtendentia eminentiam, quoniã ſol multo maior quàm luna. Dicendum igitur lunam quidem ſole minorem eſſe, at nihil prohibet uiſione totũ ipſum opacũ facere quæ ei ſit æqualis. Quod uero imaginatione ſit æqualis, notum ab ipſo etiã defectu. Præcipue autẽ hoc apparet ex hac diſciplina, cũ quis ex cõmenſurabili diſtantia corpus diſponat, totã lunæ diametrum obſcurarit. pariter cõparatæ extenſum toti eius magnitudini, qua ſolem quoq; obſcurat. In totumq; nõ eſt quod prohibeat maiora corpora à minoribus obſcurari, cum id multis de cauſis fieri poſſit. Quia nobis quoq; corpora breuiſſima mõtes & campos adimunt. Neq; omnino adimẽs alicui, aut maius adempto, aut par ei eſſe oportet. Deficit igitur ſol obiectu lunæ ipſi, idq; fit duntaxat in coitu, eſtq; ſolaris defe- Deliquium ☉

ctus non ſolis ipſius paſſio, ſed noſtri uiſus. Media nanq; interueniēte luna inter nos & ſolem nequit uiſus noſter ad ſolē peruenire à luna præpeditus, at lunaris defectus lunæ ipſius eſt paſſio. Nam cum terræ umbra inter uenerit, ſolari lumine priuatur à terra oppacitate offuſa. Hoc aūt contingit cum ſol lunaq; ac terra in rectam lineam unam peruenerint. Verum demonſtrabitur tantūmodo, tum lunam deficere, cū in terræ umbrā inciderit, poſteaquàm de diminutionibus & augumentis ipſius primū orationem habuerimus. Cūctorū igitur ſyderū terræ proxima, ut iam demonſtratū eſt aëri mixtum, & obſcurius habet corpus, idq; præcipue palàm eſt in eius integris defectibus. Quemadmodum igitur cūcta alia corpora quæ ignea nō ſunt, uim ſol agnatam habet lumināndi, ita lunam radijs oſtendens, ipſam efficit conſpicuam ſimul oblimatam, & aëre perfuſam. fit cōſpicua igitur in parte ad ſolem conuerſa. Si igitur uſquequaq; eandem ad ſolem cuſtodiuit habitudinem una omnino pars eſt, quæ ab ipſo uſquequaq; lumine perfuſa eſt. At quia tum demum ſuo electili itinere in cōgreſſum ſolis uenit, cum diſcedit à coitu, ad pleniluniū iens, à plenilunio ad coitum, ita omnem uiam ſuam ambiens permeat à ſole lumen admittēdo. Nam quod terra ſtando perpeſſa eſt, id etiam luna mota ad ſolis fulgore. Nam ſicut terra æquale à ſole lumen habens, partes aliquando alias ab ipſo in ſolis conuerſione habet cōſpicuas redeunte ipſi & fulgore, & ex terra umbra, dimetiente per ipſam extremo ſolis centrum, ita etiam luna. Idem ſemper à ſole lumē habet non quandoq; quidem maiorem, quandoq; uero minorem ipſius partem illuminās, ſed ſuas partes alias reddit conſpicuas ad ſolis cōgreſſum ueniens, & rurſus ab ipſo diſcedens, atq; ita totum eius ambiendo corpus ab ipſo lumen admittit. Cum itaq; fuerit con

Collatio Lunæ & Terræ.

iunctio

iunctio, pars eius ad cœlum conuerſa lumine perfunditur, quæ hemiſphærium eſt. Ea nanque tum demum ad ſolem conuerſa eſt. Ipſa uero ſolem permutante, & iuxta proportionem abitu, pars eius terram ſpectans, hemiſphærio conuerſa ad ſolem, & perinde primo in obliquis facta conſpicua, figuram facit in cornua conſurgentem. dein ad ipſum magis conuerſa, diuidua. poſtea utrinque facta tumidior. mox plena cum ad dimetientem ipſum peruenerit aduerſa. Quatenus igitur à coitu ad dimetientem accedit, ex ad cœlum conuerſo eius hemiſphærio, ad id quod nos ſpectat, à ſole lumen admittendo, dicitur augeri ad plenilunium uſque. Cum autem auerſa dimetientem permutarit, minuitur rurſus, ad nos ipſius ſpectante hemiſphærio, cum in cœlum ſuſpexerit, circumacto ad coitum uſque lumine. Si igitur planam nacta fuiſſet figuram ſtatim cum à coitu ſolis abiiſſet, plena futura erat, & in coitu plena permanſiſſet. Verum quia globoſam nacta eſt figuram, ita figurarum ſpecies abſoluit, ut potius nobis perſpecta. Cauſæ differentiarum eius in figuris hac diſciplina qua in ipſa accidens cognoſcere poterimus. Bini in luna intelliguntur orbes, unus quidem quo ipſius opacum diſcernitur à luminoſo. alter autem quo diſtinguitur quod ipſius nobis conſpicuum eſt, ab eo quod ſub aſpectum noſtrum non uenit. Horum uterque minor eſt eo quod ipſam in partis binas æquales ſecare poſſit, qui maximus ſit eorum qui in ipſa. Sol ſiquidem luna maior plus quàm eius dimidium lumine perfundit, & perinde opacum à luminoſo dirimens circulus, maximo in luna minor eſt. cum à noſtro aſpectu itidem maximo minor inter eos qui in ipſa ſit neceſſe eſt, quia minor eſt hæc pars dimidia, quàm ipſi ſpectamus. Siquidem cum globoſum corpus à duobus ſpectatur uiſibus,

Egregia deſcriptio cur et quo modo creſcat et decreſcat lumen Lunæ.

quorum minus eſt interuallum diametro, quæ circa conſpicuum pars eius conſpicua minor euadit dimi dia. Proinde is etiam circulus, in partes non diſpeſcens æquales ſed inæquales lunam, maximo eorũ qui in ipſa ſunt minor eſt, ut equidem ſenſu percipiun tur utriq; maximi imagine concipiuntur huiuſmodi circuli, ſemperq; eandem habent magnitudinem, nõ eundem ſeruant ſtatum, uerum mutationes multas, multasq; figuras ad ſe inuicem habent. Aliquando enim inuicem inter ſe hærentes conueniunt, aliquan do ad ſectionem inclinãtur. Et ſectionum plures quidem ſunt in breue mutationes. aliæ quales in genere omnium duæ quæ ad rectos angulos, & quæ ad inclinationem ad ſe inuicem deſectionis. Fiunt autẽ ipſorum accommodationes duæ tantum in coitu & plenilunio ipſis ſeſe accommodantibus. Decurrente igitur à coitu ad ſolem luna, diſtinguuntur, & in ſectionem declinantur, ut parum in medio circumferentiæ ambobus relinquatur. Id eſt ſolum quod ad nos lumine perfuſum. Et talis ab accommodatione circulorum. at horum ad ſectionem tranſitus conſurgentem, in cornua lunæ figuram abſoluit. Cum uero ſemper progrediuntur, ut ad rectos angulos ſe inuicem ſecent, & illati luminis fulxionem ſemper augent, medio ſectionis circulorum in tali progreſſu lumine perfuſo, cum ad rectos angulos uenerit, figura ſectionis diuidua luna uiſione concipitur. ab huiuſmodi figura iam ad obtuſos perueniente angulos, circuli utrinq; conſurgentem huius faciunt figuram. Accõmodatione porrò per diametrum, pleniluniũ faciunt, à qua ad aliam rurſus accommodationem progredientes, eaſdem diminuendo figuras conficiunt. quoad tandem omnis ſplẽdor euaneſcat, procedunt circulorum tramite, ad mundi accommodationem. Atq; hæc de lunæ augumento ac diminutione habita

ne habita ſit oratio. Nouerunt etiam priſci Phyſici atq; Aſtrologi à ſole lunam lumen admittere, ut manifeſtum eſt ex ipſius nominis ethymologia, luna dicta à lumine, quod lumen nouum habeat, reddatq; faces ingredientibus Artemis. Hoc enim argumentum eſt lunæ extrinſecus lumen admittendi. Priſci igitur uiri tres in luna figuras eſſe protulerũt ſurgentem in cornua, diuiduam, plenam. Vnde trinam faciem Triuiam Dianam facere ac dicere conſuetudo eſt. Iuniores autem illis tribus nũc appellatũ, utrinq; turgidam adiecerũt, quæ maior quidem eſt diuidua, minor autem plenilunio. Mene quaſi dicas menſtruã uocatur ob quatuor ſignificata. Luna ſiquidem cum fuerit figura Simoides Mene uocatur, & hæc aẽris cõſtitutio, quæ eſt à coitu ad coitum. ut dicere conſueuimus, fuit menſis laborioſus, aut temperatus. Vocatur menſis etiam à coitu ad coitum temporale interuallũ. poſtea tempus, quod eſt pars trigeſima. Vt dicimus menſem peregrinatum eſſe, aut quempiã peregrinari, non omnino ad coitum à coitu dicentes, ſed ſimpliciter triginta dierum numerum. Bina igitur prima ſunt corpora, ſurgens in cornua luna & aẽris cõſtitutio: quæ uero ſequuntur duo corporis expertia, quia tempus ipſum corporis expers. Verũ ad ſolem lunæ coitus non ſemper æquale temporis ſeruãt interuallum. hac de cauſa Sol ut iam dictum eſt, modo terræ proximus, modo ſublimis electili ſuo euadit itinere. Cum igitur fuerit humilior, celer ſigniferum permeet neceſſe eſt, cũ uero ſublimior, tardus. Nam cũ humilior eſt, minorem permeat ambitũ, ſublimior autem maiorẽ. Id quoq; didicerimus ex ſectionibus factis per conos ſeu metas. Nam quæ ad baſes ipſorum ſunt, latiores, at quæ magis accedũt ad uerticẽ, anguſtiores. A uiſu igitur effuſi in cœlum coni, ſiue turbines, uerticem quidẽ habent ad uiſus aciem, ba-

Trina. Diana. Triuia. Menſes

ſin uero quod ſub aſpectum uenit quod ſpectatur. Quia igitur terra centrum eſt, æquales erunt in omnia ſigna effuſæ conorum baſes. Si igitur contingeret ſolem nõ ferri ſublimius, ſed omnifariam eodem à terra abeſſe faſtigio, cuncta ſigna tempore æquali perluſtrare, atq; ita ad lunam coitus æquale temporis cuſtodirent interuallum. At quia non ita habet, ſed in geminis eſt ſublimiſſimus, in ſagittario autem humillimus ferri obſeruatus eſt, & perinde in geminis coni uiſus defectio latior eſt, quoniã propinquior ad baſem accedit, tardius permeat, celerius autem eam quàm ſagittarij, quoniam rurſus hic coni defectio ad uerticem magis accedit, eſt anguſtior. Cum ergo in principio geminorum fuerit coitus, ubi luna terræ permeat proxima, cum ſol ſublimiſſime inuehatur, cõciſus ſit menſis neceſſe eſt. Siquidem ipſum adhuc in geminis relictum offendet ſolem, triginta & duobus diebus id ſignum emetitur. Quod ſi in principio ſagittarij fuerit coitus, in eodem ſigno cum ſole luna in congreſſum non ueniet, quod uiginti & octo diebus id ſignum ſol permeet. Omnium igitur hic menſis euadet longiſſimus, ſagittarium luna tardius emetiente, ſole autem celerius, & perinde ſeriuſcule ab ipſa offenditur. In medijs autem iſtorũ ſignis, iuxta proportionem contigerit. Ita etiam cunctarum uagarum ſtellarũ in ſuis ſignis ſublimitates, & humilitates coarguuntur, cum in triginta partes diſtributa ſint omnia, ea celerius aut ſerius perambulant. certum profecto eſt eſſe humiliores, ubi conorum anguſtiores nacti fuerint ſectiones, quas etiam permeant celerius. At ubi propter faſtigium latiores conorum ſectiones, tardius etiam euadunt. At ſubliminer & humiliter inuectarum cunctarum uagarum ſtellarum, peræque omnium ipſarũ eccentri ſunt orbes, per faſtigia & humilitates nõ undiq; æqualiter à terra

ide pl. l. 2. c. 17

terra diſtant. Cum ſit ergo lunæ talis, ſignifero ſubijcitur ad ipſum totũ inclinatus. ſeptẽtrionalem enim contingit, quatenus luna ipſa ad ſeptentrionem propinquior accedere cõſueuit, ſimiliter ad auſtrum. Cũ itaq; ita habeat eclypticam in medijs in quam ſigniferi articulis bina ſecet ſigna neceſſe eſt, qui ſanè locus ſolaris & eclypticus appellatur. Tales igitur ſe ctiones, alij cõtactus, alij coitus uocant. quemadmodum ſol dupliciter uocatur, ipſe, & fulgor ipſius, ita lunã dupliciter appellare conſueuimus. Deinceps de eius defectu uerba habebimus, ne uetularum ritu nos quoq; opinemur, cum luna defecerit eſſe ueneficas, quæ ipſi adhibeant piacula.

De lunæ defectu.

DEficit nimirũ luna cũ in terræ umbrã inciderit, cũ unà in recta linea tria fuerint corpora ſol, terra, luna, terra interueniente media. Quod in ſolo poteſt euenire plenilunio. In terræ aũt umbrã hoc pacto incidit. Mouetur profecto ſol quo diximus modo in medijs ſigniferi articulis, ſuum habens in quo mouetur orbem. Terra igitur ab ipſo lumine perfuſa umbram remittat neceſſe eſt, ſicut & alia quæ lumine perfunduntur omnia ſolida corpora. Terra igitur promittẽs umbram in figura metæ, totum neutiquam comprehendit ſigniferũ, neq; per omnem eius extenditur latitudinem. quod in acutũ uerticem trãſcendat ipſi uerticis medioxumo aduerſa ſoli, centrũ diametro reſpiciẽs, neceſſario etiã ipſa ipſi medioxumo ſigniferi ſubſternitur. non eouſque alia aſcendunt ſydera, nam multo excedit lunæ faſtigium. Cum igitur luna ſoli aduerſa, aut in dextris & ſeptentrionalibus, aut in contrarijs ſigniferi comparata fuerit, terræ umbram deuitat, & ob hoc non defecit toto plenilunio. Cum uero ſoli aduerſa ita habere inuenta fuerit, ut recta linea una per centra

tranſmitti

tranſmitti poſſit ſolis ac lunæ, tum ad libellam terræ umbra incurrit, cõſumatam faciens eclypſim. Fertur enim terræ umbra, per ſolis dimetientem, ab ipſoq; trahitur, ut Homerus inquit:

Labitur oceano rutili lux ſplendida ſolis.
Terræ obductu nox atris circumuolat alis.

Atq; ita cũ ſole circumfertur. in ipſo extremo eius centrum dimenſa luna electili ſuo progreſſa motu in ipſius congreſſum uenit. illo ab ortu in occaſum, luna uero ob occaſu in ortũ delata. Atq; ita umbram incurrens ſolis fulgore priuatur, ſicut nos quoq; cum quiſpiam ſeſe in ſole nobis oppoſuerit. At non ſemper ſub terræ umbra obſcuratur, neq; tota ab umbra operitur, uerum eſt quando in parte tantum. Quod ſanè contigit, cum aduerſa ſoli eclypticam tãgit, nec tamen in medioxumo centrum habuerit, ita demum eius pars aliqua non tota in umbram incidit. Cæterum quod in terræ umbram incidat, neq; alio pacto deficiat, ab eis quæ apparent nobis par eſt intueri. Primũ nanq; in ipſo deficit plenilunio, cum demũ potuerit umbræ duntaxat incidere ſoli aduerſa. Secundo cum perfectum defectum admiſerit, cernũtur eius partes ad umbram conuerſæ primũ obſcurari, quod ipſi tum occurrant umbræ. Cum ad ortum luna inuehatur, motu cœli contrario, umbra uero ab ortu in occaſum ſemper delata. Rurſus poſt defectũ incipit efferri partes primas habens elatas ad ortum cõuerſas. Nam neceſſe eſt quæ primæ partes umbrã offenderint, lunæ primas operiri, quæ porrò primæ poſt occultationem apparent. Rurſus cum in parte deficit, ſi à ſeptentrione in auſtrum ſe recipiat id patiuntur, ad meridiem conuerſæ partes, quæ primæ obſcurentur neceſſe eſt. Hæ nanq; inter eundum præcedentes, in umbræ congreſſum ueniunt, & perinde occultantur. At quæ ad ſeptẽtrionẽ cõuerſæ ſunt, umbram

effugiunt,planeq́ꝫ deuitant. At cũ ab auſtralibus par tibus ad eptentrionem ſcãdit, particularem defectũ admittit,cum ſoli fuerit aduerſa,necdum tamen centrum ad ſigniferi medioxumum,& ſolis centrum habens,quæ ſeptentrionẽ ſpectant eius partes,deficiũt. quæ præcedentes umbræ immerguntur. At quæ ad meridiem partes,apparent. Hæc omnia nobis obiecta oculis prope inſiſtunt, quod luna unam & eandem habeat defectus cauſam. Circũlapſum, quo terræ umbræ circumillabitur, ab ipſaq́ꝫ obſcurata, ſolarium radiorum iaculatione priuatur,quæ fulgentem reddens ſemper eius ad ſolem cõuerſam partem, id efficit. Enimuero etiã ſectiones ipſius illuminationũ, cum deficiũt, circummeantes ſpectantur, hoc neceſſario eueniente. Nam cũ ipſa globoſa ſit umbræ incidit, quæ figuræ eſt turbinatæ, atque ita ſectiones ab eius lumine admiſſæ circummeantes ſpectantur. Globoſa ſiquidem figura in figuræ turbinatæ congreſſum incurrens, partem cõtactam obſcuratam habẽs à turbinato ſemper,neceſſario relictam necdũ obſcuratam circũeans,per ſectionem,etiã ſurgentẽ in cornua figuram obtinet. Obſeruatũ autem hoc etiam in eius defectu integrũ tum demum ſubire defectum,cũ ſublimiſſima cũ terræ proxima cũ medium tenet locum. Et ſublimiſſima quidem deficiens celerius cõparet. humillima autem ſero. media mediã rationem tenet temporis defectus inter iam dictos. Id perſpicue admonet, nõ aliter quàm in terræ umbra demerſam deficere. Nam cũ ſublimiſſima defecerit umbræ anguſtius permeet neceſſe eſt, tum breuiſſimo temporis curriculo euadit. Cũ porrò humilima ampliſſimã terræ umbrã ſubit,& tum diutius in defectu perdurat neceſſario. At cum medium tenuit faſtigiũ,iuxta proportionem tempus in defectu medium abſumit. Hinc demonſtratur terræ umbra eſſe turbinata. hæc inter

ſe inuicem

ſe inuicem, quatenus habent coarguuntur, & lunæ defectus non aliter fieri demonſtratur, quàm demonſtrando in terræ circummeantem umbram ipſam incidere. Rurſus circa defectus ipſius circummeatus indicant, turbinatam eſſe terræ figuram. Diuturna quidem in humilibus defectibus, citius uero apparens, cum defecerit, in remotioribus à terra partibus. at in medijs tempus defectus medium habens. Necnõ particulares defectus turbinatã arguunt eſſe terræ umbram. Cumq; tales illuminationum habeat ſectiones, ut ſit eius figura ſurgens in cornua, quod ſi nõ ſit ne quidem in turbinatũ incideret umbraculũ. In primis uero hic quoq; demonſtrabitur turbinatã eſſe terræ figurã. Si ſit Cylindroides aut calathoides eius umbra æqualẽ habentis, aut minorẽ illuminantẽ ſolem, ſi umbra ſit calathoides plurimũ cœli occupabit, in fine late explicata, atq; ita nõ ſolũ ſingulis menſibus cõtingeret lunã deficere, ſed etiã quauis nocte in umbra permanere. Si Cylindroides totã ſigniferi latitudinem cõprehendiſſet, nõ in acutũ tendẽdo uerticẽ, itidem quotquot eunt menſibus in ipſam incidẽs deficeret. At cũ ſit turbinata metæ faciẽ habẽs, in quæ anguſtũ uerticem cõcludatur, ita ipſam luna deuitat cũ ſeptẽtrionales aut auſtrales tenet ſigniferi partes in plenilunijs cõperta. Porrigitur ad aſtra uſq; cũ fuerit Cylindroides aut calathoides, atque ita euenerit aſtra modo opaca, modo lucida apparere. Opaca quidẽ in ſolis luce, lucida aũt in umbra. Omne ſiquidem igneũ corpus in umbra & tenebris lucidius eſt. quorũ cũ nihil inſpectũ appareat, non dubiũ quin ſit turbinata neceſſario terræ umbra. Quod ſi eſt, hinc manifeſtũ illuminantẽ ſolẽ maiorẽ eſſe. Quæ cũ ſint de lunæ defectu demonſtrata, aduerſari uidetur eorũ orationi deficiens luna, cũ in terræ umbrã inciderit, qui admirabiles ferunt eclypſes. Aiũt ſiquidẽ nõnulli

lunæ

lunæ defectus uiſos ambobus luminaribus ſupra fini vt hoc anni
entem conſpicuis,quod plane oſtenderit lunam non 1544 · his
ideo deficere,quod terræ incurrat umbram, ſed alio modo.Nam ſi ſuper finiente apparentibus ſole & luna fit eclypſis,nõ poteſt tum luna umbram terræ incurrere atq; deficere.Nam ſi fulget locus ubi ſit luna ſupra finientem ambobus conſpicuis,ut nec dum ad terræ umbram peruenire potuerit, ubi luna deficere imaginatione deprehendatur. Itaq; opus erit,ſi modo hæc ita habeant cauſam aliam nobis de lunæ excogitare defectu.Cum igitur hæc dicantur, hanc priſci quæſtionem mathematici diſſoluere tentauerunt. Faſſi nanq; ſunt fieri nullo modo poſſe,ut conſpicuo ſupra finientẽ utroq; lumine in terræ umbra luna demergatur.& ex amuſſim ſolem eſſe aduerſum.in lata nanq; plana figura id non poſſe euenire contenderunt, at globoſa figura , utraq; luminarium corpora ſupra finientem ad libellam nos poſſe inſpicere , ut inuicem inter ſe ſint aduerſa . Ipſa nanq; inuicem inter ſe aduerſa ſpectari non poſſunt propter eminentias undiq; è terra conſurgentes. Verum qui in terra conſtiterint,ſicut eos nihil præpediet utraq; corpora inſpicere ſupra finientẽ, quod aduerſa ſibi inuicẽ obijciãtur,ita illa quidẽ ſe inuicem nõ cernent, cũ tamẽ nos utrũq; ſpectemus.quod ſubnixi,ſublatiq; à terræ globoſitate cernere ipſa neutiquã præpediamur.quæ terræ turgiditas humilib.(utpote circa finientẽ) obijcitur,ſublimis in qua nos cõſtitimus.Ita prædictæ ambiguitati priſci occurrẽre mathematici,uerũ nõ uſque quaq; id integre.Viſus ſiquidẽ noſter in ſublimi cõſtitutus,id hoc pati poteſt,turbinato finiente multum à terra ſublatis nobis in aẽrem , at terræ inſidentibus nequaquã.Nam ſi turgiditates ſint in quæ conſcendimus, nobis occultum erit lunæ fieri defectum in terræ humilitatem euntibus. Verũ primo occurrẽdũ

dicentibus

dicentibus, quod hæc cōficta ſit oratio à quibuſdam philoſophis & aſtrologis iter facere ad hæc euenientia uolentib. cū multi lunares ſint defectus & perfecti & particulares. Cumq́ ſint literis cōmiſſi omnes, nemo ad noſtra uſq; tēpora talem defectū enarrauit, nō Chaldæus, non Aegyptius, non alter mathematicus aut philoſophus, ſed quod dicitur, confictū eſt. Secūdo, ſi alio pacto luna deficit, neq; terræ umbrā incurrens defecerit, neutiquā in plenilunio tum parū, tum plus à ſole progreſſa, rurſusq́ poſt pleniluniū ſolem ipſum petens & diminuta. Nunc uero pluribus factis in ipſa defectibus (Siquidem non raro deficit) nunquam non plena & non aduerſa ſoli deficit, ſed duntaxat cum terræ demergi umbræ poteſt. Inſuperq́ prædicuntur à canonicis cuncti eius defectus, utpote cognoſcentibus, cum in plenilunium incidat, inuenitur in ſigniferi medioxumo uel tota, uel eius pars, atque ita particulares uel integros defectus admittere. Fieri igitur non poteſt, ut ambobus ſupra finientem apparentibus luminibus, lunaris fiat defectus. Verum enimuero cū multæ ac uariæ in aëre uim agnatam conſiſtendi habeant affectiones, impoſſibile non fuerit, cum iam ſol occiderit, ſubq́ finiente fuerit, uiſionem nobis incidere, tanquam necdum occiderit, aut nube craſſiore exiſtente in occaſu, & luce perfuſa à ſolaribus radijs, ſoleq́ nobis uiſionis remittente imaginem, uel à ſole id fieri poteſt. Talia ſiquidem multa in aëre uiſione concipiuntur, præcipue in Ponto. Poteſt porrò etiam effuſus ab oculis radius madidum & humectiorem nactus, aërem perfringi, ſolemq́ aſſequi iam ſub finiente occulto. Huic nanque ſimile obſeruatum eſt nobis euenire. Nam ſi in poculum, aut uas aliud anulus immittatur aureus, ſitq́ uas inane ex moderato qui ibi poſitus anulus, non ſpectatur interuallo, labris uiſualem

ſpiritum

ſpiritum uaſis præpediētibus in rectam lineam excurrētibus. Cum uero aqũa impleatur, ut ad labrorum æqualitatem aqua perueniat, ab eodem interuallo in uaſe ſpectatur anulus, cum tamen intra labia non excurrat ſpiritus uiſualis, ſed aquam attingat pleni uaſis labrorũ tenus, atq; ita perfringatur inq; uaſis fundum penetret, anulumq; conſequatur. Humidiore igitur & aqua uberiore aëre, idem propemodum potuerit occurrere, ut perfractus ab oculo radius ad finientem uergat, & ubi iam ſol occiderit, ipſum tamen uiſionis imagine conſequatur, tanquam ſit ſupra finientem fortaſſe, & his aliquid aliud ſimile nobis per uiſionis imaginem fecerit, ut duobus corporibus ſupra finientem exiſtentibus, cum iam ſol occiderit, luna deficiat, quæ aliter non poteſt niſi terræ umbram incurrerit. Id ex eis quæ apparent perſpicuum eſt. Ac de eclypſi quidem hactenus.

De uagis ſtellis.

